



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

Halden, Johann Baptist

Brixinæ, 1717

Titulus I. Singularia Festorum, ac Profestorum, seu Vigiliarum Mensis
Januarii, Qui habet Dies XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39937



TITULUS I.

Singularia Festorum, ac Professorum, seu Vigiliarum

MENSIS JANUARIJ,

Qui habet Dies XXXI.



IRCUMCISIO DOMINI nostri JESU CHRISTI, & Octava NATIVITATIS DOMINI: dupl. 2. classis. Officium

ac Missa [in qua Gloria & Credo] dicuntur uti norantur in proprio loco: Oratio in Laudibus ac Missa unica, eaque propria. Praefatio & Communicantes de Nativ. Col. alb. Ut ut hoc Festum respectu Ecclesiae Universalis sit tantum dupl. secundae Classis, nulli tamen cedit alteri Festo, etiam primae classis, v. g. Patroni, aut Tituli, aut Dedicacionis propriae Ecclesiae, adeoque nunquam suo die omittitur, seu transfertur. Rubric. Gen. Brev. Rom. Tit. X. n. 1. & in Norand. ad Tabell. occurrentia.

incidat in Dominicam, anno illò Dominica Vacat, id est, nihil eò anno die illò fit de Dominica, nec in Officio, seu Breviario, nec in Missa, nulla quoque in iisdem fit reliquarum Octavarum Commemoratio in hoc Festo, nisi tantum diei Octavae S. Stephani Protomart. in solis secundis hodiernis Vesperis [eaque ut in 1. Vesperis Festi, cum Oratione tamen propria.] utpote de qua fit Officium sequentis diei, non autem de diebus infra Octavas Ss. Joannis, & Innocentium. Rubric. propr. hlc & Rubric. Gen. Tit. IX. n. 6.

In Versiculis Primae & Completorii non additur Alleluja, bene tamen in alijs Horis. In Missa Gloria & Credo. Oratio unica. Praefatio, & Communicantes de Nativitate. Col. alb. in Officio & Missa.

Quòd si Festum Circumcisionis

Putarunt aliqui, Festum Cir-

[A 2]

cum-

circumcisionis esse *dupl.* 1. *me* classis in universa Societate JESU; at Româ responsum est à R. P. Procuratore Assistentiæ pro Germania, hætenus non esse tale, nisi ibi, ubi est *Tirulus Ecclesiæ.*

Benedictio Mensæ non tantum hodie, sed etiam deinceps usque ad Cœnam Vigilæ Epiphaniæ exclusivè, fit sicut in Festo Nativitatis Domini.

2. *Dies octava S. Stephani Levit. ac Protomart. dupl. min.* In Officio omnia, ut in Festo, præter Lect. & Orat. propr. Commem. Octavar. S. Joannis Apost. & Ss. Innocent. Mart. fit in *Laud & Missa*, quæ est eadem, quæ in Festo, excepta 1. Orat. prop. in ead. dic. *Gloria, Credo*, & Præfat. de Nativitate Domini; at verò infra Actionem *Communicantes* commune. *Col. rub.* In 2. Vesperis Antiphonæ uti in *Laud. Festi*; Psalmi verò uti in 2. Vesperis de communi un. Mart. à capit. de die Octava S. Joannis Apost. ibidem sub Ritu *dupl. minor.* ut in 1. Vesp. Festi, cum Commem. S. Stephani Protom. & Ss. Innocentium M. M. *Color. alb.*

NB. Hymni HORARUM etiam post Octavam Nativ. Domini terminantur per Vers. *Jesu tibi sit gloria, qui natus es de Virgine, &c* usque ad Festum Epiphaniæ. Idem est de Vers. *Qui natus es de M. P. in &c.* brev. ad PRIMAM.

Quando dies Octava S. Stephani cadit in diem Dominicam, Dominica annò illò *vacat*, modò præ dictò.

3. *Dies Octava S. Joannis & Evang. dupl. min.* Omnia in Festo [præter Lect.] cum Commemorat. Ss. Innocent. non tantum *Laudibus*, & *Missa* [in qua *Gloria Credo*, & Præfat. de Apost.] festivitatem in 2. Vesperis; licet enim Officium Octavæ S. Joannis in 2. Vesperis concurrat cum 1. Vesperis Octavæ Ss. Innocentium, habentibus eundem Riturum, totæ tamen Vesperæ hodiernæ dicuntur de Octava S. Joannis Apost. [sumunt pro ijs Antiph. ex *Laudibus Festi* Psalmos verò ex 2. Vesp. de Communi Apostol.] de Ss. Innocentium autem fit tantum Commemorat. ut in 1. Vesp. Festi, prout habent in *propr. Rubrica* hîc; ad quam refert *Rubric. general. XI. de curr. n. 7.* Vid. *Gav. To. 2. s. c. n. 15.* & *Arnaud. Tr. 2. P. 1. Tit. n. 11. Col. alb.*

Quando *Dies Octava S. Joannis* Apost. cadit in Dominicam, annò illò Dominica *vacat*.

4. *Dies Octava Ss. Innocent. Mart. dupl. min.* *Offic.* ut in Festo & Communi plurim. Mart. Lectioes tamen propriæ, & *Col. rub.* in 3. Noct. locò 2. Antiphonæ dicuntur *Isti sunt, &c.* In 8. Responsoriis majore suò locò interponitur *Gloria*

Patri. *Sc.* & locò Noni dicitur Hymnus: *Te DEum laudamus, Sc.* In Missa dic. *Glor. Gradual. Alleluja, & Vers. Laudate* [sine Tract. & sine Credo, nisi veniat in Dominica, tunc enim dicitur Credo] cum Præfat. de Nativit. Domini, *Communicantes* verò commune. In 2. Vesp. Antiph. ex Laud. Festi: Psalmi ut in 2. Vesp. plurim. Mart. Reliqua in Officio & Missa dicuntur ut in Festo, cum Commemorat. Vigil. Epiph. in 2. Vesp. [Antiph. *Puer*] *Jesus, Sc. & Notum fecit, Sc.* Orat. Domin. infra Octav. Nativ. Domini] & S. Telesphori Papæ & Mart. *Col. rub.*

Quando *Dies Octava Ss. Innocentium* cadit in *Dominicam*, annò illò *Dominica vacat*. In casu, quo Festum S. Stephani, aut S. Joannis Apost. vel Ss. Innocentium M. M. ob occurrens in aliquo illorum Festum I. mæ *Classis* [v. g. *Dedicatio- nis, aut Tituli*] debet transferri, fiet de Festo hujusmodi translato in *Die ejus Octava* [saltem regulariter] & quidem de Festo Ss. Innocentium M. M. modò ac Ritu infra die 28. Decembris ante finem descriptò, potestque etiam videri Mich. Bauldry in Man. sacr. Cæremoniar. P. 4. c. 2. n. 38. Edit. recentior. & auctior.

5. VIGILIA EPIPH. sine Jejunio, semid. omnia, ut in Festo Circumcis. except. Lect. ac alijs suò locò positis, nec non cum Commemorat.

S. Telesphori Papæ & Mart. in Laudib. PRIMA dic. sine Precibus. Missa de Vigil. uti notatur, cum *Gloria* sine *Credo* [nisi venerit in Dominica] Orat. 2. de S. Telesph. 3. *DEus qui salutis, Sc.* cui correspondens Postcommunio, quando ultimò locò dicitur, terminanda est per verba: *Per eundem Dominum nostrum, Præfat. de Nativit. Communicantes* verò commune. In fine *Ite. Col. alb.*

Si hæc Vigilia venerit in Dominica, *Dominica vacat*, dicitur tunc tamen *Credo* in Missis; ne utique verò: *Quicumque vult salvus esse ad PRIMAM*, uti nec *Preces Dominicales*. Si occurrat in hac Vigilia alicubi Festum duplex, fit de illo cum Commemorat. Vigil. ac 9. Lect. de Homil. Vigiliæ; quia duplici Officio occurrenti eodem die cedit semiduplex. *Rubr. gener. Tit. X n. 6. Sc.* ac Gavant. hic. De Duplici tamen translato non fit in hac Vigilia; eò quòd ipsa sit Officium 9. Lectionum; illique etiam *Dominica* cedit. Quòd si in eadem hac Vigilia occurrat Festum semiduplex, transfertur hoc post Octavam Epiph. tum propter eandem causam; tum quia ipsa est longè superior, quàm *Feria 6 post Octavam Ascensionis*, quippe quæ habet *Evang. propr. & in multis æquiparatur Vigiliæ Nativ. Domini*, ut in *Rubr. c. de Vig. n. 2. & 5.* Nec obstat, quòd Hispanis [29. Decembris celebrantibus

tibus Festum Translationis S. Jacobi. J Gregor. XIII. concesserit, ut Festum semid. S. Thomae Cantuariensis 29. Decemb. alioquin occurrens, transferre possint in hanc Vigiliam; quia id non est lex, sed singulare ipsorum Privilegium, ut notat Bartholom. Gavantus Cleric. Regular. Congreg. S. Pauli in Thesauro sacror. Rit. Tom. 2, sect. 6. c. 7. n. 1.

Est hæc Vigilia ita privilegiata, ut, si in illa occurrat alicubi Festum etiam 1. mæ aut 2. dæ Classis, fiat de ea Commemoratio ad Laudes cum 9. na Lectione, de Homil. ejusdem Vigiliæ in Officio Festi occurrentis, uti & in hujus Missa, cum ultimo de eadem Evangel.

Vesperæ hujus diei dicuntur [uti suò locò notantur.] de Epiphania, id est Apparitione Domini, sub Ritu dupl. 1. Classis, sine ulla Commemorat. Hymnus Completorii & alij ejusdem Metri terminantur per totam Octavam Clausulâ illâ: *Jesu tibi sit gloria, qui apparuisti gentibus, &c. Col. alb.*

Benedictio Mensæ propria per totam Octavam, id est, à Cæna hodiernæ Vigiliæ inclusivè, usque ad Cœnam diei Octavæ itidem inclusivè. *Rubric. propr. in fine Breviar & Gavant. Tom. 2 sect. 9. c. 6. Edit. ultima*, in qua corrigitur hic error antiquioris cujusdam Editionis.

Prohiberi in hac Vigilia Missas

privatas, etiam de requiem ex Decreto sacror. Rit. Congreg. de anno 1697. 27. April. ex illius vir quidem aliquando Nonnemo gemino quodam suo Libello, Venetiis impresso 1702. verum in Editione recentiore num. 335. factum de ejusmodi Decreto hæcenus non constare; neque ejusmodi Decretum prohibens agnoscit Ant. DIRECTORIJ ROMANI, in plerisque omnibus multò accuratissimè, ideo hõc locò placuit annotare, error, in dictis Libellis [quorum is, cui Titulus: *Recentiora Sacror. Rit. Congr. Decreta, nullibi hæcenus conjunctim impressa. &c.* ob quædam, ut audio, Apocrypha, in *Indicem Librorum prohibitorum relatus est*] fundatus, ac inde etiam alia nonnulla DIRECTORIA DISCIPLINARIA subin irrepens, nunc autem agnitus, queat emendari; ne foras Sacerdos Stipendiarius, aut alius non dicens Missam de requiem ad hactenus Privilegiatum in hac Vigilia [cum tamen posset ac deberet] animas Purgatorij defraudet Indulgentijs, Missis de requiem amittens quando has dicere non est prohibitum. Non posse tamen dicere Officium ac Missam de S. Patrono sui Ordinis v. g. aut de SS. Sacramento, aut de Immacul. Concept. B. V. MARIE, &c. in hac aut alia Vigilia illos, quibus alioquin à Sede Apostolica concessum est, ut semel vel plu-

pluri
men
Sanct
tu v.
conf
1706
natõ
catic
alleg
thur
vide
Tit
DO
in fo
& M
Com
nosse
tutin
suppe
vilã
to Ni
dum
c. 16
vian
franc
ad C
Alcu
Mag
Chri
quia
hodi
Dur
Nor
die
can
Ser

pluries singulis hebdomadis, aut mensibus de ejusmodi Mysterio, vel Sancto Officium & Missam [sub ritu v. g. semiduplici] dicere possint, constat ex Decreto S.R. Cong. anno 1706. die 20. Martij ab eadem emanatò, ac inferiùs die 23. Febr. occasione *Vigilie S. Matthia Apostoli* allegandò. RITUM benedicendi ac eucharificandi hoc Tempore domos, vide in RITUALIBUS sub Rubrica seu Titulo *De benedictionibus*.

6. EPIPHANIA seu APPARITIO DOMINI, dupl. 1. mæ Classis, etiam in foro celebre. Col. alb. OFFICIUM & MISSA propr. excludentes omnem Commemorationem. Dicto *Pater noster, Ave Maria, & Credo*, MATUTINUM hujus diei incipitur ex abrupto ab *Antiphona & Psalmo*; quia viis stellâ statim venerunt Magi, muto Nuntio, non loquente, ad veniendum incitati. Guil. Durand. L. 6. c. 16. Omittitur quoque hodie *Inviatorium*, tum ad detestandam fraudulentam Herodis invitationem ad Christum adorandum, ut notat Alcuinus cap. de *Theophan.* tum, quia Magi à Nemine invitati venerunt ad Christum, ut ait Hugo: tum etiam quia *Psalms Venite* dicendus est hodie in 3. tio Nocturno, ut notat Durand. ap. Gav. Tom. 2. l. 5. c. 5. Non cantatur etiam *Hymnus* Primo die in Matut. quia *Perfectionum* est cantare Hymnos, Conversio verò Genium in solis 3. Magis perfecta

non erat. Durand. Lib. 6. cap. cit. Infra Octavam verò dicitur *Invitorium* nomine Magorum, alios *Invitantium* ad adorandum Christum. Idem ibid. Psalmus quoque *Venite* cum peculiari Antiphonæ repetitione, juxta eundem hodie dicitur in Principio 3. tij Nocturni, ad indicandum, quòd in tempore *Legio gratie* [per tertium Nocturnum significato] invitata sit Ecclesia de gentibus per Magos & stellam, Antiphonâ *Venite adoremus* propterea sæpius repetitâ, ut omnes undique confluant. Cantatur autem hic Psalmus vel à duobus cantoribus, vel meliùs à quatuor, duobus hinc inde versus alternatim cantantibus, Choro autem Antiphonam semper repetente. Gavant. Tom. I. f. 6. c. 7. n. 5. Ad 7. & 8. Responsorium III. Nocturni non genuflectitur ad ea verba: *Et procidentes adoraverunt eum*. Ad PRIMAM in Responsorio brevi dicitur hodie, & per totam Octavam Vers. *Qui apparuisti hodie*, in Missa autem *Gloria, & Credo*: Præfatio & *Communicantes* propria. Hodie post Evangelium Missæ solemniter decantatum denuntiat Diaconus *Festa mobilia totius anni*, cui ea promulganda committit, Concil. 4. Aurelianense cap. 1. fit autem ea promulgatio Modò ac Ritu præscriptò in PONTIFICALI Romano P. 3. Tit. De *Publicatione Fæstorum mobilium in Epiphania*. ac relato ex

eodem à Bauldry Part. 4. c. 2. n. 41. 1703. quò in diem Sabbati cade-
 Verficulis PRIMÆ & COMPLETORIJ non festum Epiphaniæ, in sequentem
 additur *Alleluja*, uti tamen additur tem diem Dominicam festum Dedi-
 Responsorijs brevib. aliarum HORA- cationis Templi N. rectè dice-
 RUM. Vesperæ 2. dæ dic. de Festo tur Vesperæ de Epiphania cum Com-
 corrente, ut ibi. Quòd si Epiphania memoratione tantum Festi Dedi-
 venerit in Sabbato, tunc in ijs cationis, ac Dominica. In Festo
 fit Commemoratio Dominica infra tem Dedicacionis pariter rectè
 Octavam, seu I. post Epiphaniam, datur 9. Lectio de Dominica
 Antiph. *Remansit, &c.* Verl. *Omnes Octavam, seu I. post Epiphaniam*
 de Saba, &c. Oratio: *Vota, &c.* uti & non tantum de ea, sed etiam
 notatur hac die, & in Sabbato post Octava Epiphaniæ [utpote privi-
 Lect. diei sextæ infra Octavam. Col. giata] in Laudibus ac 2. Vesp
 alb. Festum Epiph. est ita privile- Festi Dedicacionis fiebat Commem-
 giatum contra quodcumque aliud ratio: Initium autem Epistolæ
 Festum, ut ne quidem votivam ad Corinthios ponebatur Feria II.
 Missam solemnem de alio Festo ju- qua Officium fiebat de die 2. in
 xtra Rubr. general. VI. Missal. dice- Octavam Epiphaniæ cum Commem-
 re liceat hoc die, nec ullum aliud moratione Octavæ Dedicacionis
 Festum occurrens in Festo Epiphaniæ Laudibus, Missa, Vesperis. Sicut
 [etiamsi sit *Titulus* vel *Dedicatio* festum Dedicacionis, aut aliud
Ecclesie, vel *Patronus*] possit in ea Classis, incidat in diem, quò
 celebrari, sed necessariò est trans- occurrit *Festum simplex*, v. g.
 ferendum in diem aliam proximè 11. Januarij, quâ occurrit
 non impediam. Rubr. general. Tit. festum S. Hygini, annò illò de
 X. n. 1. In concursu autem Festi simplici nihil fit in eo loco; quò-
 1. mæ Classis, v. g. *Patroni*, aut *Ti- doquidem Festa 1. mæ Classis omnia*
tuli, aut *Dedicacionis Ecclesie* cum Festi simplicis *occurrentis* Commem-
 Festo Epiph. aut vicissim Festi Epi- morationem excludunt, imò
 phaniæ cum Festo *Patroni*, aut *Ti- tantum *occurrentis**, sed etiam illius
tuli, aut *Dedicacionis Ecclesie*, in- cum quo in 2. dis Vesperis concu-
 tegre Vesperæ dicendæ sunt [utro- runt, in quo proinde differunt
 liber modo ex duobus prædictis fiat duplicibus 2. dæ Classis, quæ
 Concursus] de *Festo Epiphaniæ*, so- non admittant Commemoracionem
 lèque Commemorat. in ejusmodi simplicis in primis Vesperis, admittunt
 Concurrentia est faciendæ de ejus- tamen illam in Laudibus, ac
 modi *alio Festo*: sic anno 1691. & 2. dis Vesperis, uti & 9. nam de ea
 Le-

Lectionem in Matucino, modò propriam id habeat, & non occurrat in Dominica vel FERIA MAJORE, aut VIGILIA simul occurrente. Quando Festum Epiphaniæ occurrit in Dominica, Dominica illa eò annò vacat (ut supra in simili dictum) & Sabbato sequenti Officium fit de Dominica, ut in Rubricâ, Dominicæ infra Octavam Epiphaniæ adscriptâ, annotatur, & supra P. I. pluribus est declaratum. Diebus infra octavam Epiphaniæ fit tantum de Patrono, vel Titulari Ecclesiæ, & ejusdem Dedications, si occurrant die aliquâ infra Octavam, etiam si ea dies infra octavam sit Dominica (semper tamen cum Commemoratione Octava currentis) alia verò Festa, à tribus prædictis diversa, tam duplicia, quam semiduplicia, transferuntur post octavam: de simplicibus verò fit tantum Commemoratio diebus infra hanc Octavam, sine Lectione; tum quia Rubrica propria hic solius faciendæ Commemorationis de Festis simplicibus facit mentionem, non item de dicenda de ijs etiam 9. na Lectione infra hanc octavam, atque adeò inclusio unius videtur esse exclusio alterius; tum quia non modò Ecclesia universalis pro Festo simplici infra hanc octavam occurrente, nempe pro S. Hygino Pap. & Mart. nullam assignat propriam lectionem (quam tamen mox post octavam assignat pro S. Felice Nolano, tametsi sa-

ris superque Materiæ non minus de illo, quam de isto propriam concinnandi lectionem Fasti Ecclesiastici ei poterant suppeditare) sed etiam Ecclesia particulares, quarum ego quidem CALENDARIA AC PROPRIA DIOECESANA inspexi, Festis suis simplicibus Diocesanis infra hanc Octavam occurrentibus, pariter non nisi Commemorationem, exemplò Ecclesia universalis, assignant, v. g. S. Erhardo Episc. cui Diocesis nostra Brixinensis ad diem 8. Januarij non nisi Commemorationem in suo PROPRIO AC CALENDARIO Diocesano assignat, cum tamen alijs simplicibus Diocesanis, pro quibus Propriâ lectione donandis minor (præscindendo ab hac octava) suppetebat ratio, postmodum plerumque propriam assignet: quòd argumento mihi est, non esse morem Ecclesiæ, ut infra hanc octavam (aliunde ad maximè privilegiatas proximè accedentem) dicatur 9. na lectio de aliquo simplici: id quod cir. Rubrica per hoc quoque insinuare videtur, quòd dicat in numero plurali: de simplicibus fieri Commemorationem infra hanc octavam, quin faciat aliquam de dicenda de aliquo illorum etiam 9. na lectione; supponendo nimirum, quòd sicut Ecclesia universalis pro S. Hygino propriam non assignat, ità nec Ecclesias particulares aliquam pro suis simplicibus propriam lectionem assignare: unde monendo: de Festis simplicibus infra hanc

Part II.

B

Octa-

Octavam occurrentibus faciendam esse *Commemorationem*, non erat necesse, ut adderet particulam tantum, vel partic: sine *Lectione* (hoc ipso, quod pro illis propria assignata non extet) uti tamen necesse erat addere ejusmodi particulas Rubricæ novæ de faciendâ duntaxat *Commemoratione*, non autem dicenda simul 9. lectione de simplicibus *infra Octavam SS. Corporis Christi occurrentibus*, quando Officium sic de *Octava*, tum quia olim (uti videre est apud Gavant. Tom. 2. S. 6. c. 20. & apud Arnaud. Tract. 2. P. 4. Tit. 20.) Rubricæ permittebant *infra octavam Corporis Christi* dici de simplicibus 9. nam lectionem, si propriam habebant; tum quia *infra octavam Corporis Christi* non raro occurrunt Simplicia lectiones proprias habentia: unde ex eo, quod nova Rubrica, Festo Corporis Christi præfixa, addat partic: *absque nona Lectione*, non efficaciter arguitur, quod etiam Rubrica in fine Festi Epiph. extans ad excludendam 9. nam de Simplicibus lectionem *infra* ejus octavam, explicite addere ejusmodi particulam debuerit, quamdiu ostendi non potest, occurrere alicubi *infra Octavam Epiphaniæ* Festum simplex, propriam habens lectionem, quod ubi legitime ostenderis, non repugnabo.

In ipsa die *Octava Epiphaniæ* (sive illa incidat in Dominicam, sive non) nullum omnino aliud Festum

fas est celebrare, etiamsi illud sit primæ Classis, v. g. *Patroni*, aut *Devotionis*, aut *Tit*: propriæ Ecclesiæ, in suo locò dicitur, & constat ex Rubrica tum propria tum *Gen: Tit: X. nec non Notand: ad Tab. occurrentibus*.

Missa quoque *Votiva privata* uti & *privatæ de requiem*, etiam presentente Corpore, prohibentur per totam Epiphaniæ octavam ex Decreto S. R. C. emanato 28. Augusti 1662 & confirmato à Clem. X. diffinitè præcipiente, ut id, ac Rubricæ *Missalis* impostetum ab omnibus, & singulis sacerdotibus cujuscunque Conditionis & Instituti exactè observentur.

Quòd si ex gravi causa dicitur *infra octavam Epiphaniæ* dici *Missa votiva solemnis*, eaque cum propriâ Præfat. dicenda est *infra Epiphaniæ*, uti & hujus *Commemorationes*, sive habeat, sive non habeat propriam Præfationem; nisi *votiva illa solemnis*, sit *Missa de requiem*: tum in *Missis* quibuscunque *defunctorum* semper dicitur Præfatio & *Commemorantes* commune, quocunque tempore legantur: in *Missis* quoque *Missis Defunctorum*, & quibuscunque *votivis* semper in fine dicitur Evangelium S. Joannis: *In principio erat Verbum &c. Infra octavam Epiphaniæ* dicitur eadem *Missa*, quæ in Festo, & post Orat. diei dicuntur orationes *DEUS, qui salutis æternæ &c: Ecclesiæ, vel pro Papa, nisi occurrat*.

est Festum simplex; tunc enim tertia est: *DEUS, qui salutis*, eique correspondens Post-communio terminanda tunc est per verba: *per eundem Dominum &c.*

7. Dies II. ac cæteris *infra octavam Epiph. diebus* OFFICIUM sit semiduplex, de reliquo sicut in Festo, nisi quod *Matutinum* infra Octavam inchoetur more solito cum *Domine labia mea aperies &c.* Invitatorio, ac *Hymno*, ut ibi in eodem Festo notatur. Lectiones 1. Noct. (nisi sit dies Dominica) de Epist. ad Romanos, cum Responsorio 1. *Tria sunt munera &c.* Lectiones 2. & 3. Noct. ut proxiò locò notantur. In 3. Noct. locò Antiph. *Imæ Venite Adoremus*, & *Psalmi 1. Venite exultemus*, ponitur Antiph. *Homo natus est &c.*, & *Psalmus; Fundamenta ejus &c.* Ad *Benedictus*, & *Magnificat* Antiphon. propri. per totam Octavam, Reliqua, in Laud. quoque ac Vesp. sicut in Festo. *Col. Alb.* Missa infra octavam Epiph. (exceptâ Dominicâ infra eandem octavam occurrente) pariter dicitur, sicuti in Festo: Cum *Gloria* & *Credo* nec non cum *Præfat.* ac *Communicantes* ejusdem Festi, verumtamen Ritu semidupl. hinc *Orat. 2. DEUS qui salutis &c.* 3. *Ecclesia*, vel pro Papa, nisi occurrat Festum simplex; tunc enim 2. *Orat.* erit de illo, & 3. *DEUS, qui salutis*: cui correspondens Post-communio terminanda est, ut supra. *Hodiè manè aperiuntur Nuptiæ*, id

est: ab hoc die 7. Januarij usque ad Feriam 4. Cinerum exclusivè possunt ex *Decreto SS. Concilij Tridenti. Sess. 24. c. 10. de refor. Matr.* Nuptiæ solemniter celebrari. Quòd si in diem 2. aut aliam infra Octavam Epiph. diem incidat dies Dominica, tunc, si in Sabbato Dominicam illam præcedente venerit ipsa Epiphania, de Dominica infra Octavam fiet in 2. die Vesperis Epiph. Commemoratio de ea Dominica, ut supra; si verò Sabbatum illud fuerit dies infra Octavâ, tunc in eo Vesperæ à Capitulo erunt de Dominica infra Octavam Epiph. ut ibi notatur: Crastinum verò Officium dicetur de *Dominica infra octavam* in hunc modum: Lectiones 1. Noct. de Initio Epist. *Imæ ad Corinth.* (prout notatur Dominica I. post Epiph. in *PROPRIO* de *TEMPORIBUS* post lectiones diei octavæ Epiph.) & de eadem Epist. legetur etiam seqq. diebus, omiſſis Lectionibus, quæ aliquando supersunt de Epistola ad Romanos. Alia omnia (Responsorium quoque *Imi Noct. Hodiè in Jordane.*) dicuntur sicuti in Festo, exceptis Lectionibus, Capitulis, Antiphonis ad *Benedictus*, & ad *Magnificat*, necnon Oratione propria, quæ dicuntur, uti notantur *Dominicâ infra Octav. Epiph.* cum Commemoratione Epiph. in Laudibus, & Missa (quæ dicitur tunc de Dominica occurrente) ac utrisque Vesperis, uti ibidem, nec non S. *Hugini*

gini Pap. & Mart. (de comuni un. Mart.) in 1. Vesp. Missa, & Laud. si Is in tali Dominica occurrat, vel saltem in 2. Vesp. si Dominica illa infra Octav. in his tantum cum eo concurrat.

Post *Dominicam infra Octavam Epiph.* continuantur dies Octavæ eodem numero, quò notantur in *PROPRIO* de tempore post Festum Epiph. perinde, ac si Dominica non intercessisset: e. g. si Dominica venerit in 3. tã die infra Octav. tunc 1. mò die post illam Dominicam Lectiones 2. & 3. Noctur. uti & Antiph. ad *Benedictus* & ad *Magnificat* dicuntur de 3. tã die infra Octav.: non autem de 4. tã, & sic deinceps de alijs: at verò Lectiones 1. mi Noct. reliquis deinceps infra Octavam diebus non amplius sumuntur ex *Epist. ad Romanos*, sed ijs, quæ de ea supersunt, omisiss, sumuntur de *Epist. 1. ad Corinth.* quæ exstant Dominicâ 1. mã post Epiph. in *PROPRIO de Tempore*, & de ea *Epist.* legitur etiam post Octavam usque ad sequentem Dominicam, nisi Festum occurrat, in quo aliæ assignentur. Rubr. propr. hñc. sed plura de de his etiam jam supra P. I.

10. In hodiernis Vesper. (nisi hodie, aut cras occurrat *Festum Dedic. aut Patroni*) fit Commemoratio S. Hygini Pap. & Mart., ut in 1. Vesperis un. Mart. Oratio: *Insignitaton; Col. Alb.*

II. COMMEMORATIO, atram sine lectione (ut non frustra hic noner accuratiss. quidam Rubricati in *Laudibus* hodierni Officij de Hygino Pap. & Mart. sumendo antiph. & Vers. pro eo. de comm. Un. Mart. Quæ tamen Commemoratio omittitur eo in loco, in quo hodie occurrit Festum *Dedicatiois* aut *Patroni*, vel *Titularis* propriæ Ecclesiæ. Quomodo autem ordinandum sit Officium in hodiernis Vesperis tunc, quando *Epiphania*, & de ejus octava cadunt in Dominicam, mox dicetur.

12. In primis Vesperis diei *Epiphaniæ* omnia (præter *Orationem*, quam *propriam* habet de Octava) dicuntur sicut in primis Vesperis *Epiphaniæ*, nisi forte hodie alicubi occurrat Festum *Patroni*, vel *Titularis*, aut *Dedicatiois* propriæ Ecclesiæ; nam in occurrentia Festi in 2. die ejusdem Vesperis hodie de die Octava *Epiphaniæ* canitur fieret Commemoratio, uti in 1. Vesperis ejusdem, cum *Oratione* *propria* diei Octavæ *Epiphaniæ*. Quòd si dies Octava *Epiphaniæ* venerit in Dominica, & Sabbatho aut Dominicam præcedente non occurrat Festum *Patroni*, aut *Titularis* Ecclesiæ, vel hujus *Dedicatio*, tunc *Formula* 6. tã præcedente Vesperæ à *Capitulo* dicuntur de *Dominica infra Octavam Epiphaniæ* cum *Commemoratione Octavæ*, ut ibi; Sabbatho autem sequenti.

sequenti, nempe hodie totum Officium (consequenter & *Missæ*, dicenda cum *Gloria Cred.* & Commemoratione de Octava Epiph.) tunc fit de eadem Dominica infra Octavam, recitando totum uti infra Octavam, præter *Lectiones*, *Capitula*, *Antiphonas ad Benedictus*, & ad *Magnificat*, ac *Orationem*, quæ cum Commem. Octavæ dicuntur, uti notantur Dominicâ infra Octavam Epiphaniæ: ubi dicitur ulterius primò: *Annò illò*, quò Epiphania, eiusque dies Octava cadunt in Dominicam, ac proinde Officium Dominicæ infra Octav. Epiphaniæ fit Sabbato, diem Octav. Epiphaniæ immediatè præced. *Lectiones* 1. Noct. sumendas etiamnum esse Sabbatò illò ex Epistola ad Romanos, *Initium* verò Epistolæ ad Corinthios ponendum tunc esse ipsa die Dominicæ sequente in Officio diei Octavæ. Dicitur 2. eo in casu cras, seu ipsa die Octava Epiphaniæ nihil esse faciendum de Dominicâ (ut pote *vacante*) sed tantùm in 1. Vesperis diei Octavæ, nempe hodie, fieri debere Commemorationem pro secundis Vesperis Dominicæ infra Octavam Epiphaniæ (utpote de qua hodie celebratum est Officium) per Antiphonam: *Fili, quid fecisti* &c. ac per Versum: *Omnes de Saba* &c. ut ibi: quæ Antiphona ac Versus dicuntur pro Commemoratione Dominicæ in 1. mis Vesperis diei Octavæ Epiphaniæ etiam tunc, quando

Octava Epiphaniæ venerit in Feria 2. da. Col. Alb. *Rubric. propr. Dom. infra Octav. & die Octav. Epiph. Ar*

Dubitabis: quid faciendum, si alicubi *Patronus Loci* incidat in Sabbatum, in quo faciendum alioquin esset Officium dictò modò de præcedente Dominica 1. ma post Epiphaniam? &c. licet aliqui existimant, Officium Dominicæ anticipandum Feriâ 6. tã in tali casu, magis tamen mihi probari Sententiam Gavanti *Tom. 2. Sect. 6. c. 7. Contendentis*, non esse id anticipandum, sed sufficere in tali casu, ut Sabbatò illò in Laudibus Officij de Patrono fiat de Dominica illa 1. mâ post Epiphaniam solummodo Commemoratio per Antiphonam, Versum, & Orationem propriam, legaturque de eadem nona Lectio in *Officio*, ac ultimum Evangelium in *Missæ*, faciendo in hac quoque de eadem Dominica Commemorationem, ductò pro hac sua Sententia Argumentò à simili, quòd, quando Dominica 23. post Pentec. non habet propriam sedem in Dominica, neque Feriam in tota præcedente Hebdomade, in qua possit poni Officium Dominicæ 23. eo casu in Officio 9. *Lectionum* in Sabbato fiat de illa sola Commemoratio in *Laudibus*, cum nona Lectio in eodem Officio, ac ultimò Evangelio in *Missæ*, ut expressè habet *Rubrica de Dominicis n. 4. in fin*: ergo id ipsum etiam hîc sufficere. Por-

id in secundis Vesperis ejusmodi Pa-
 troni, cum die Octava Epiphania,
 concurrentibus, ait Gavantus fieri
 debere tantum Commemorationem
 de die Octava Epiphania, Rubricam
 de concurr. Offic. n. 2. pro hoc alle-
 gans. At quoad hoc ultimum Ga-
 vanto contradicit Henricus Pisart
 Ord. Canonico. S. Augustini in Li-
 bello recentissime impresso, & ad
 me delato, cui Tit. *Directorium Ca-
 nonicum &c. Cap. 3. Propr. de Temp. n. 4.*
 Quod non videatur ratio, quare in
 dato casu omittenda sit Commemo-
 ratio Dominicae in 2. illis Vesperis:
 cum ea nunquam non fiat per an-
 num in Dominicis, quando in ijs
 Festum 1. mae vel 2. Classis occurrit.
 Verum, quia Gavantus pro eo, quod
 ibi in fine asserit, Rubricam de *con-
 currentia*, non autem de *occurrentia*
Officij citat, ideo dum ibi ait: *In 2.*
Vesperis Patroni concurrentibus cum
die Octava Epiphania, fit Commemo-
ratio tantum de die Octava, ut in
Rubrica de concurr. Officij n. 2. meo
Judicio per particulas: fit Commemo-
ratio tantum de die Octava, nequa-
quam excludere voluit Commemo-
rationem Dominicae, in Ecclesia
Universali ad Sabbatum illud antici-
patae, quasi sensus illarum sit, quod
tantum de die Octava Epiph. subse-
quente, non autem simul de Domi-
nica (quo ad Officium) hodie occur-
rente fit facienda tunc in 2. Vesperis
Commemoratio; sic enim inepte, ac

impertinenter citaret Rubricam
concurrentia, ut patet; sed tantum
 dicere voluit, in eo casu in 2. *Ves-*
peris Patroni, cum die Octava Epiph-
ania concurrentibus, de die Octava Epiph-
ania (cum qua sola, non autem in
Dominica ad hodiernum Sabbatum
anticipata datur concurrentia in
istis casu) plus fieri non debere qua-
vis solam Commemorationem in
concurfu, non obstante, quod
Octava Epiphaniae sit dies adeo pre-
legiata, ut etiam Festis 1. mae Classis
ac nominatim Patroni in occu-
praeferatur, ac proin merito dubium
fortassis non nemo potuerit, an etiam
in concursu Patroni cum ea in istis
Vesp. ead. Patrono sit praeferenda
quod proin dubium loco allegato
pra tollere voluit Gavantus, allegans
Rubricam de concurrentia n. 2. in
principio ac fine; nullum autem mo-
do excludere intendens (meo
Judicio) Commem. Officij
dominicae 1. mae post Epiphaniam
Sabbatum illud in ejusmodi casu
anticipatae, & sic una cum Festo Pat-
roni tunc occurrentis, a 2. Vesp. Pat-
roni; sed ejusdem Dominicae in 2. quae
que Vesperis Patroni faciendam
Commemorationem supponens
Rubrica de Commemorationibus
Tit. IX. n. 3. His in defensionibus
Gavanti hic obiter a me adductis
quae paulo ante dixi de Patrono
intelligenda quoque sunt de Titu-
lari Ecclesia, ac ejus Dedicacione
 simili

simili occurrence, per Rubr. 11. n. 7. &c.

13. DIES OCTAVA EPIPH. DOMINI. dupl. C. A. In 1. Vesperis omnia dicuntur sicut in 1. Vesp. Epiph. excepta Oratione propria. Ad *Matutinum* Invitatorium, Hymnus, & Psalmi, ut infra Octavam: Cetera dicuntur, sicut in die Epiph. præter Lectiones: nam in 1. mo Nocturno dicuntur Lectiones de Epistola 1. ad Corinthios, cujus initium exstat in Breviario Romano post diem Octavam Epiphaniæ, Dominicâ 1. mâ post Epiphaniam, ac ponitur in Officio ejusdem Dominicæ primæ post Epiphaniam, quæ est infra Octavam Epiphaniæ, nisi Epiphania venerit in Dominica; tunc enim *Officium* & *Missæ* de Dominica 1. mâ post Epiphaniam fit Sabbatò diem Octavam Epiphaniæ immediatè antecedente, & in ejus 1. Nocturno leguntur lectiones de *Epistola ad Romanos*, positæ in Breviario post Rubricam Dominicæ infra Octavam Epiphaniæ, Initium verò Epistolæ ad Corinthios anno illò ponitur primùm ipsâ die Dominicâ, Sabbatum illud immediatè sequente, in ipso Officio diei Octavæ: quæ omnia constant ex propr. Rubr. ac suprâ dictis P. I.

In 2. & 3. Nocturno *dies Octava* Epiphaniæ Lectiones habet proprias. Ad *Laudes* & per *Horas* omnia dicuntur sicut in die Epiphaniæ, exceptâ Oratione, quæ est: *DEU, cujus uni-*

genitus. Missa pariter dicitur sicut in Festo, excepta Oratione, & Evangelio proprijs huic diei. *Ibid.*

In 2. Vesperis diei Octavæ Epiphaniæ de sequenti Duplici fit tantum Commemoratio, nisi illud fuerit 1. mæ vel 2. dæ Classis (quale in Societate JESU est Festum SS. Nominis JESU) seu *Patronus*, vel *Titulus*, aut *Dedicatio Ecclesiæ*; tunc enim de Festo sequente non tantum Craftinum Officium, sed etiam integræ hodiernæ Vesperæ dicuntur, atque cum Commemoratione diei Octavæ Epiphaniæ. *Rubr. propr. hic: & Notand: ad Tab. Concur.*

Quòd si cras Festum 1. mæ aut 2. Classis non occurrat, sed tantum duplex majus, vel minus, aut Festum semiduplex (quale respectu Universalis Ecclesiæ est Festum S. Hilarij Ep. Conf.) in hodiernis diei Octavæ 2. Vesperis non tantum ejus fit Commemoratio, sed etiam Festi simplicis cras unâ currentis, puta S. *Felicijs Mart.*

Si dies Octava Epiph. Venerit in Sabbato, tunc in 2. Vesperis diei Octavæ fit Commemoratio Dominicæ 2. post Epiphaniam (sumendo Antiph. & Vers. ex Vesperis Sabbat. ut in Psalterio, Orationem verò ex propr. de Temp. ut ibi) & S. Felicijs Presb. ac Mart. tantum; nam S. Hilarius tunc transfertur in diem proximam non impeditam, modò die 14. Januarij mox declarando.

DIES

DIES OCTAVA Epiphaniæ est privilegiata contra quodcunque aliud Festum, ita, ut in ea occurrens duplex quodcunque, etiam Patroni, & Tituli Ecclesiæ, vel Dedicationis ejusdem, necessario sit transferendum, ut dicitur in *Notand ad Tab. occurrent.* & habetur in *Rub. Gen. Tit. X. n. 1.* Hinc si alicubi pro celebrando die anniversario Dedicationis alicujus Templi ab Episcopo consecratore designata sit *Dominica prima post Epiphaniam* & in eadem occurrat dies Octava Epiphaniæ (uti contingit annis 1697. 1704. 1709.) nequit annò illò in ea Festum Dedicationis celebrari, sed juxta Rubricas transferendum foret in diem proximè non impeditam: quia tamen in Germania hac nostra superiore pro celebrando die seu Festo anniversario Dedicationum ut plurimum non nisi Dominicæ, aut Festa fori ab Episcopis Consecratoribus justis de causis, alibi referendis, solent assignari, ideo Episcopus Consecrator ponens diem anniversarium Dedicationis in Dominica 1. post Epiphaniam, simulque sciens eam singulis fere Quinquennijs, aut Septennijs, ob incidentem in ipsam diem *Octav. Epiphaniæ* (contra quodcunque Festum *privilegiatam*) fore impeditam, censendus omnino est, pro casu talis occurrentiæ designasse Dominicam proximam post Octavam Epiphaniæ, ac proinde in ejusmodi calu Dominicâ illâ,

nempe proximâ post diem Octavam Epiphaniæ, Festum Dedicationis celebrandum, uti probat P. Gobat in *Experient. Theol. Tract. 3. n. 696.* Append. 3. Lit. K. Editio nis postremæ Monacensis de anno 1681. & novissimæ Duacensæ de anno 1700. ubi quoad hoc approbat Praxin Collegij Oenipontani S. Festum Dedicationis suæ Basilicæ [SS. Trinitati annò 1646. die 1. Jan. à Reverendiss. ac Illustriss. Antonio Crosino Episcopo Bellinensi simulque Suffraganeo Brixinensi Ara maxima dedicatæ] regulari quidem Dominicâ infra Octavam Epiphaniæ, annis verò illis, quibus Epiphania, Diesque ejus Octava cadunt in Dominicam, Dominicâ proximâ post Octavam Epiphaniæ hunc usque annum 1709. celebrari non obstante, quòd in ejusmodi occurrentia Dominicâ illâ proxima post Octavam Epiphaniæ occurrit simul Festum SS. Fabiani & Sebastiani (quod in Ecclesia Universalis celebratur sub Ritu duplici minoris) & aliquando etiam, ipsa Dominica Septuagesimæ [uti anno 1704.] indicata autem sit Translatio in diem alioqui impeditum; nam, ut recitat Gobato P. Claudius La Croix Tomul. 4. Lib. 1. Medullæ Theol. moral. Bursianianæ, à se Additionibus Locupletatæ, n. 1271. Observat, hic non intervenit *Translatio*, propriè & Canonice

nice loquendo, sed dici debet, quod
 Dedicacionis Festum ab initio statim
 fuerit pro tali anno & occurrence
 constitutum in illa Dominica: unde
 eum juxta Rubricas Tit. de Translat.
 Festor. & in Tabell. Occurrent: quan-
 do eodem die occurrit duplex 1. mæ
 Classis, & duplex per annum, sive
 minus, item Festum Dedicacionis,
 & Dominica 2. Classis (qualis est Do-
 minica Septuagesimæ) Officium non
 tantum fieri possit, sed etiam debeat
 de Dedicacione, Duplex autem mi-
 nus transferri, de Dominica privi-
 legiata verò 2. Classis fieri tantum
 Commemoratio debeat: ideo salvis
 omnino Rubricis Collegium Oeni-
 pontanum, die Octavâ Epiphaniæ
 occurrente in Dominica 1. post Epi-
 phaniam, Anniversarium Dedicacionis
 suæ multò pulcherrimæ Basilicæ
 hætenus celebravit Dominicâ
 proximâ post diem Octavam Epi-
 phaniæ. Dico: hætenus; quia ob
 justas alias causas hoc eodem annò
 perita ac impetrata est Româ à S. R.
 C. Facultas Anniversarium prædicti
 Templi deinceps celebrandi illâ
 Dominicâ Mens. Julij, quæ vicinior
 cadit Festo Visitationis B. V. M. ritè
 super hoc obtentò à memorata Sac.
 Rit. Congr. ad Celliss. ac Reveren-
 tissimum Loci Ordinarium Rescri-
 ptò id permittente. Quòd enim ad
 ipsam Curiam Romanam recurren-
 dum fuerit super obtinenda hac Fa-
 cultate, constat ex Decr. S. R. C.

(Pars II.)

eman. 1604. 16. Octob. in quo de-
 cernitur: *Dedicacionis Festum, extra
 actum Consecrationis, non posse ampli-
 us mutari ab Episcopo, inconsulta Sede
 Apostolica.* Posse autem Consecra-
 tionem Ecclesiæ in ipso actu Consecra-
 tionis statuere aliam diem pro
 Anniversario ejusdem Consecratio-
 nis, decisum fuit 1585. 19. Febr. ab
 alia Congregatione, quàm Rituum,
 hæc enim primùm annò 1587. fuit in-
 stituta. *Vid. Gav. To. 2. f. 8. c. 5. n. 4.*

14. Hodie juxta Calendarium
 Romanum (regulariter, & nisi ca-
 dat in Dominicam) celebrandum est
 Festum S. Hilarij Episc. Conf. sub
 Rit. Semid. Missa cum 1. Oratione
 ut in Communi Doctorum, attamen
 sine Credo. Orat. 2. de S. Felice. 3.
DEU, qui salutis. in OFFICIO (in quo
 in Hymno: *Iste Confess.* mutatur 3.
 Versus) dic: *Lectioes 1. Noct. de*
script. occurrente, reliqua cum Ora-
tione, ut in proprio loco, & Com-
muni Sanctorum de Conf. Pont. Re-
sponsorium 8. In medio Eccl. 9. Lect.
& Comem. S. Felicis Presb. ac Marr.
in Laudib. Ab hac die usque ad Ve-
speras Sabbati ante Dominicam Pas-
sionis exclusivè resumuntur, & di-
cuntur (exceptis Duplicibus, &
Diebus infra Octavas) suis locis Suf-
fragia Sanctorum, quibus in ferjali
Officio præponitur Commemoratio
de S. Cruce: in Commemoratione
autem de B. V. M. dicitur usque ad
Purificatione Versus: Post Partum &c.
C

ac

ac Oratio: *DEus, qui Salutis &c.* Dicuntur quoque in *Festis semiduplicibus* extra Octavas occurrentibus *Preces Dominicales* ad Primam & Completorium. Idem à fortiori est de Festis Simplicib. ad PRIMAM & COMPLETORIUM. In 2. Vesperis (in quarum Hymno rursus mutatur 3. Versus) fit à Capit. de seq. cum Commemoratur. præcedentis, & S. Mauri Abbat. ut suo locò notatur. Vers. pro S. Hilario: *Elegit eum Dominus Sacerdotem sibi &c.* Pro S. Mauro Antiph. *Euge Serve bone &c.* & Vers. *Iustum deduxit Dominus &c.* Quòd si Festum S. Hilarij transferatur, Versus in 2. ejus Vesperis erit: *Iustum deduxit &c.* quia cessat ratio mutationis in Concursum aliorum duorum. Ubi verò est 1. Classis, dividenda est Octava Lectio in duas (omissa Lectio, & Commemoratione de S. Felice) ut in Festo S. Anselmi, ac infra. Pari modo si Festum sequens S. Pauli 1. Eremit. ob occurrentem cras diem Dominicam, aut ex causà mox infra insinuandà transferatur; tunc etiam hodie non variantur *Antiphona & Versus* in Vesp. & crastinis Laud. sed dicuntur ut in eodem Communi Sanctorum. *Rubr. hic.*

Dixi autem: *Regulariter* hodie fieri Officium de S. Hilario cadente extra Dominicam. Ratio limitationis est 1. quia si DOMINICA SEPTUAGESIMÆ (ut contingit, quando occurrit die 18. aut 19. Jan.) veniat

in prima Dominica post Octavam Epiphaniæ, primum autem Sabbatum post diem illam Octavam Epiphaniæ est impeditum Festò aliquò 9. Lectionum, tunc juxta Rubr. Breviar. positam ante Dominicam post Epiphaniam, prima die post diem Octavam Epiphaniæ, in non sit Festum duplex (adeoque Januarij) faciendum est *Officium Feriali*, & in ea (omissò Hymno *DEum*) ponenda Responsoria primi Nocturni Dominicæ 2. Epiphaniam, 3. Lectiones quæ ejusdem Dominicæ, cum ejus Antiphona ad *Benedictum*, & ejus Dominicæ Oratione in *Laudibus Horis*: In iisdem Laudibus sit casu de S. Felice Mart. tantummodo Commemoratio sine Lectione illo; & quia *Officium* hodiernum tunc est *feriale*, ideo suffragijs Communibus (quæ juxta dicta & post dicenda hodie resumuntur) præponitur pro more etiam Commemoratio de S. Cruce, ac dicatur *Officium Defunctorum pro Mense* Januarij (præmissis pridie eorumdem Vesperis) modò alibi relatò ac referendò; necnon *Officium parvum* B. M. V. ut in Breviar. & Bulla Præeodem præfixà. *MISSA* dicitur de eodem Dominica 2. post Epiphaniam, sed Ritu feriali, id est, sine *Gloria & Credo* Oratio. 2. *Fidelium*, 3. de Felice Mart. In sine *Benedicamus*, & Evang.

Evang. S. Joan. Col. Vir. Festum vero S. Hilarij Episcopi Confessoris (hodie alioquin occurrens) juxta citatam Rubricam transfertur in ejusmodi casu in diem proximam similiter non impeditam, intellige, ubi id celebratur more Romano, hoc est sub *Ritu* solummodò *semiduplici*: nam si alicubi Festum S. Hilarij, aut aliud, hodie celebratur *Ritu duplici*, tunc in dicto casu [quo nempe Septuagesima venit in 1. a Dominica post Octavam Epiphaniæ, & Sabbatum primum post Octavam illam est impeditum Festò aliquò 9. Læctionum] non est hodie faciendum dictò modò *Ritu* feriali ac simplici de Dominica 2. post Epiph. sed 15. hujus, translato S. Paulo primo Eremita in diem proximam non impeditam *arg: Rubric. sup. cit. & juxta* claram Rubr. Missal. præfixam Dominicæ II. post Epiph.

Quomodo autem Ordinandum sit Officium circa Dominicam 2. Epiphaniæ in ejusmodi casu seu occurrentia tunc, quando alicubi omnes Hebdomadæ dies post Octavam Epiphaniæ sunt impediti Festis duplicibus, aut celebratur alicubi per totam Hebdomadem aliqua Octava [uti celebrabatur Oeniponti annò 1663. quò Festum Dedicationis Templi SS. Trinitatis incidebat in diem 11. Januarij, dies verò ejus Octava & Dominica Septuagesimæ simul in diem 18. Januarij] dictum est suprà ex in-

stituto P. I. Dominicâ II. post Epiphaniam, & aliquid etiam paulò post dicitur die 17. & 19. hujus. Vide Gav. To. 2. Sect. 6. c. 8. n. 4. & 5. atque etiam præcedentibus numeris.

Ratio limitationis est 2. Quia nonnullæ Religiosæ Familiæ, aut Communitates ex Permissione Sanctæ Sedis Apostolicæ celebrant hodie Festum SS. NOMINIS JESU; & aliquæ quidem sub *Ritu* tantum *duplici majore*; Aliquæ verò sub *Ritu duplici 2. Classis*. Ubi celebratur ut *Duplex majus*, fit de eo in 2. Vesperis Octavæ Epiph. solummodò Commemoratio, unà cum Commemoratione de S. Felice Mart. in iisdem Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non Læctione nona de eodem S. Felice in Matutino. Ubi verò celebratur ut *duplex 2. Classis*, ibi primæ Vesperæ sunt de eo cum Commemoratione Octavæ Epiphaniæ tantum; id est sine Commemoratione de S. Felice: atque hoc posteriore *Ritu* ab anno sæculi hujus secundo illud celebrat nostra Societas [cui aliquando nonnisi sub *Ritu duplici majore* fuerat concessum] ex Decreto recentiore Sac. Rit. Cong. 1. Octob. 1701. prout per extensum notatur in PROPRIO Festorum Soc. JESU, dicendo nimirum in die Octava Epiph. Vesperas integras de *SS. Nomine JESU* cum Commem. Octavæ tantum; 9. nam Læctione verò [nisi incidat in Dominicam] sequentis Officij recitando

tando de S. Felice Mart. cum ejusdem Commemoratione in laudibus, ac Missis privatis tantum; in 2. dis verò Vesperis faciendo Commemorationem S. Pauli primi Eremitæ [si de eo postridiè faciendum sit Officium] & S. Mauri Abbatis, S. Hilariū verò transferendo in diem proximè non impeditam Festo aliquò duplici, aut semiduplici, ut infra. Ad COMPLETORIUM & HORAS minores dicitur in fine Hymni: *JESU tibi sit gloria, qui natus es &c.*, & ad PRIMAM, in 2. brevi: *Qui natus es de Maria Virgine.* Missa [à S. R. C. approbata] dicenda est sine *Sequentia*, attamen cum *Gloria & Credo*, Præfat. de Nativ. Domini, sine *hujus Communicantes*: exstat illa in aliquibus Missalibus in Ordine, in alijs autem in Appendice Missal. Quòd si Festum SS. Nominis JESU incidat in Dominicam, dicitur de hac 9na. Lectio in Officio, & ultimum Evangelium in Missa, cum Commem. ejusdem Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa [etiam solemni] cui in Laudibus & Missis privatis tantum superadditur quoque Commem. de S. Felice Mart. omisâ pro eo anno nonâ de hoc Lectione. Ubi verò Festum S. Nominis JESU est *Titulare Templi*, adeoque 1.æ Classis, ibi nihil unquam fit de Festo simplici hodie occurrente, tam in Officio quàm in Missa: Lectio autem nonâ ibi dicitur, prout

notatur in *Proprio loco*, nisi occurrat in Dominica; tunc enim etiam in 9.â Lectio dicenda est de Dominica uti & ultimum Evang. in Missa, cum Commem. ejusdem Dominicæ, ut in Officio, quàm in Missa: ad cuius Introitum: *In Nomine JESU* præscribitur genuflexio. Post Anthoniph. 1. am primi Psalmi in Mariani hic inchoandus est à secundo Verbo Benedictio Octava in eodem Martiano est: *Divinum auxilium*. Porro cum Translationem S. Hilarij [pariter est de alijs similibus Festis habentibus 9. nam Lectionem de Festo simplici, in simili casu] illud quoque hinc venit annorandum, quòd, quando transfertur in diem, quòd 9. nam Lectio non est dicenda de aliquo Festo simplici occurrente, tunc terna Lectiones pro 3. Nocturno vel sumenda sint ex Festo S. Anselmi 21. April. vel ex duabus Lectionibus, in illius Nocturno pro S. Hilario assignandæ sint tres, attamen [ne ultima evadat nimis brevis, aut careat debito sensu] in hunc modum, ut scilicet earum Prima terminetur Verba: *ex duobus est unum, Secunda* verò ad verba: *æternitati corpora conservantes*: Cujusmodi divisiones cernere omnino est in Festo S. Anselmi paulò antè allegato; præscribiturque in OCTAVARIO Romano in 3. infra Octav. Doctor.

Similis Lectionum dictarum divisio facienda est in ijs locis, in quibus

bus S. Hilarius [tanquam Patronus loci, aut Titularis Ecclesie] celebratur ut duplex 1.æ Classis; cum ijs in locis nec 9. na Lectio dici queat de S. Felice Mart. nec fieri de eo Commemor. in Officio & Missa: cum duplex 1.æ Class. tam 9. am Lectio- nem, quam Commem. de Festo simplici excludat juxta Tab. occur. ac Rubr. Gen. Tit. IX. & quia Festum simplex non transfertur, ideo occurrens in Festo 1.æ Classis penitus eò loco ac anno est omittendum.

Si Festum S. Hilarij venerit in Dominica, in Ecclesia Universali transfertur in Feriam VI. sequentem (nisi eo die placeat ad libitum face- re de S. Canuto) Commemoratio autem cum nona Lectione de S. Felice fit in ipsa Dominica: quod & deinceps in similibus juxta antè dicta est observandum. Rubr. hinc Porro si transferatur (sive in prædictam Feriam VI. sive in diem aliam) Festum S. Hilarij, in 2. dis Vesperis, ut supra jam monui, non dicitur Versus: *Elegit eum &c.*, sed Versus: *Iustum deduxit &c.*; quia cessat ratio mutationis, petita ex concursu aliorum duorum Confessorum, tunc, quando non transfertur: In Hymno tamen: *Iste Confessor.* semper mutatur 3. Versus, ut in Breviario, quocumque de- in die celebretur; idemque etiam fit in Festo sequentis Sancti; quia ambo obiere extra hos dies, puta S. Hila- rius 13. S. Paulus verò Eremita 10. Jan.

Quæres: Quænam dicendæ sint Lectiones in I. Noctur. tunc, quando Sanctus Hilarius transfertur in Quadragesimam? an scilicet *Fidelis Sermo &c.* de Communi Confess. Pontif. an verò: *Sapientiam omnium antiquorum &c.* ut in COMMUNI DOCTORUM? 3. meò judiciò dicendas tunc esse priores; quia posteriores ex usu Ecclesie non quibuscumque, sed illis tantum Ecclesie Doctoribus appropriantur, qui in Calendario & Breviario Romano Titulum Ecclesie Doctoris suò proprio die adscriptum explicite habent: unde eæ ne quidem in Festis SS. Joan. Chrysoctomi, Athapalij, Basilij ac Gregorij Nazianz. sed tantum de Scriptura occurr. dicuntur; qui tamen potiori jure, quam S. Hilarius eas in I. Noct. exigere possent; cum ipsis in utriusque Vesperis tribuatur Antiphona DOCTORIBUS propria (*O Doctor optime &c.*) non item S. Hilario, sed huic solum SS. Pontificibus communis.

AB HAC DIE, modò supra dictò, usque ad Vesperas Sabbati ante Dominicam Passionis exclusivè reassumuntur, ac post Orationem diei dicuntur in fine *Laudum*, ac *Vesperarum* COMMEMORATIONES COMMUNES, seu SUFFRAGIA SANCTORUM, posita in Psalterio (exceptis *Duplicibus*, & *Diebus infra Octavas*, etiam ijs, in quibus Officium non fit de *Octava*) illisque adjungitur Commemoratio de *Patrono*, vel *Titulo Ecclesie*, imò de

de utroque, si sint diversi, ante vel post Commemorationem de S. Maria, & de Apostolis, pro dignitate illius, ita tamen, ut semper ultimo locò ponatur Commemoratio de Pace: ijs autem, in *feriali* tamen tantum Officio, post Orationem diei praeponitur Commemoratio de S. Cruce; ibidem posita, quae quidem inter Commemorationes Communes *ferialis* Officij semper obtinet 1. um locum, etiam ante SS. Trinitatem, ubi ea est *Titulus Templi*, Teste Gav. cap. mox citando n. 7. & 8. Nomine autem *ferialis* Officij venit etiam illud, in quo leguntur Lectiones de Homilia Dominicae, suò locò celebrari impedita, uti v. g. contingit, quando post Pentecosten sunt Dominicae tantum 23. & c., ut suò locò dictum P. I.

Circa Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum tum ex Rubr. tum ex Gav. Tom. 2. S. 5. c. 18. & alijs, ulterius Notanda sunt sequentia: I. Si facienda sit Commemoratio alicujus Festi occurrentis, etiam simplicis tantum, ea semper fit ante ipsa Suffragia consueta, etiam ante Commem. de Cruce, quia, ut rectè observat Gav. Commemoratio Festi est privilegiata *Titulo Festivo* supra Communes aliorum Commemorationes, juxta infra dicenda.

II. Commemoratio de S. Maria non dicitur, seu additur reliquis (nisi in propria tantum Ecclesia, tan-

quam de *Titulari*, ut apud Gav. Decrevit S. R. C. 10. Jan. 1664. quando dicitur ejusdem Officij *Parvum* in Choro; uti nec, quancunque Officium diei sit de B. V. in Sabbatho: cum inconveniens deatut, quòd de uno, eodemque simul Officium, & Commemoratio tamen, qui Officium *Parvum* recitat solum privatim, debet in Officio diei facere Commemorationem de B. V. perinde, ac si illud non citasset, nisi recitet ratione Christi nihil autem refert, si dividatur Officium B. V. ab Officio diei, quatenus v. g. illud Vesperis, hoc manè recitur in Choro; quia ibidem utraque dicitur, & unum in ordine aliud.

III. Datur obligatio in Suffragijs Communibus faciendi Commemorationem & de Patrono, & de *Titulari Ecclesiae*, si sint diversi, uti possunt, ac saepe sunt; nam SS. Trinitas v. g. potest esse *Titulus Ecclesiae* (uti est apud nos hic Oenipoti) tamen potest esse Patrona Gav. S. 5. c. 18. nec obstat, quòd Rubrica dicat, debere fieri Commemorationem de Patrono, vel *Titulari*; nam Tò vel ibi tantum significat: ante vel post Commemorationem de S. Maria & de Apostolis debere etiam fieri de Patrono, vel de *Titulari* (prout nempe Ordo & Dignitas illorum respectivè exiget) aliunde supponendum fieri debere, si diversi sint, de utroque

ut notat P. Tob. Lohner P. 2. Tit. 2. §. 11. n. 2 & 3. alib. cit. Sententiæ huic P. Lohneri opponit Nonnemo in manuscripto quodam Rubricam, PRIMA Dominicali præfixam, quæ solum de unico facit mentionem, dum ait: & de Patrono Ecclesiæ, in ordine aliarum Commemorationum secundum illius dignitatem &c. manca autem, inquit, hæc Rubrica foret, si non de uno solo, sed de duobus vi Rubricæ faciendæ esset Commemoratio; ex altera autem parte ex Rubrica exstante inter Suffragia Sanctorum ante COMPLETORIUM, difficulter existimat probatum iri de utroque SACRO, PATRONO scilicet (Diocesano, aut Ordinis) ac Titulari Ecclesiæ simul faciendam esse Commemorationem in Communibus illis Suffragiis; quod enim Particula vel se ibi solum refert ad Ordinem Dignitatis, uti contendit P. Lohner, id censet solummodo benignam esse interpretationem; cum rationabiliter dici possit, eam facere hunc sensum: faciendam videlicet esse Commemorationem Patroni, vel Titularis, id est, cum non omnis Titularis Ecclesiæ etiam sit Patronus Ecclesiæ, faciendam de illo esse Commemorationem, seu Patronus vocetur, seu solum Titulari. Verum Sententiæ, ac Interpretationi Lohnerianæ non modò suffragatur auctoritas Gavanti, l. 5. c. 18. n. 7. illam sat clarè supponentis, Adversarij autem Interpretationem

nem ex ipsis Rubricis ibi citatis elidit, sed etiam ipsa Dioceseon recepta Praxis, quam etiam sequuntur ipsi Regulares, faciendæ Commemorationem non modò de Titulo aut Patrono sue Ecclesiæ, sed etiam de sui Ordinis Patrono, non obstante Rubricâ, in contrarium ab Adversario allegatâ, quæ, sicuti per hoc, quòd explicite faciat ibi mentionem de Solo Patrono Ecclesiæ, non autem simul etiam de Titulo Ecclesiæ, qui non est Patronus, haud quaquam tamen hunc ibi excludit (quòd eadem utriusque sit ratio, & ambo sufficienter sint suò locò expressi) ita neque Patronum loci, aut Ordinis ibidem censenda est excludere.

Porro Patronus Loci juxta inferrius dicenda P. III. in Parathématis Titulo I. est ac dicitur ille, qui Majorum auctoritate, ac Communi consensu Populi electus est in Patronum, conformiter tamen Decreto Urbani VIII. 23. Martij 1630. Titularis autem Ecclesiæ SANCTUS dicitur Is, à quo denominatur Ecclesiæ, sive sub cujus Invocatione est dedicata. Cùm autem ea, quæ conveniunt Patrono Loci, conveniant etiam Fundatori & Patrono Ordinis in toto Ordine, post solemnem illius Canonizationem, ideo Regulares eò locò, quò faciendâ alioqui præscribitur à Rubricâ Commemoratio de Patrono, faciunt in Officio, quòd de Licentia Sedis Apostolicæ recitant, Commemorationem

Honorem de *S. Patrono* seu *Fundatore* sui *Ordinis* ante vel post *Commemorationem* de *Titulo* vel *Patrono Titulari* particularis suae *Ecclesiae*, prout nempe exigit *Ordo Dignitatis*. Dixi: de *Titulo* vel *Patrono Titulari* sua *Ecclesiae*; nam sicut ex dictis aliud est esse *Patronum Locis*, & aliud esse *Sanctum* seu *Patronum* solummodo *Titularem Ecclesiae*, ita & aliud est *Titulus Ecclesiae*, & aliud *Patronus Titularis* alicujus *Ecclesiae*: nam, ut antè dictum, *SS. Trinitas* rectè dicitur *Titulus Ecclesiae* in epus honorem dedicatae, non autem esse ejus *Patrona*: pari modo ejus *Festum* rectè dicitur *Festum Titulare*, seu *Invocationis*: non autem rectè dicitur *Patrocinium* talis *Ecclesiae*.

IV. Primum itaque locum inter *Suffragia Communia* ante quamcumque *Commemorationem* (etiam de *SS. Trinitate*, ac *Christo*) in *feriali Officio* habet *Commemoratio de Cruce*; quia *Feria* indicium est, sicut ultimum inter *Suffragia Communia* locum semper obtinet *Commemoratio de Pace*; quia, qui *pacem dedit*, omnia *Bona* unò *verbò dedit*, ait *Glossa*, & ultimum, quod *expectamus à DEO*, est *Pax aeterna*, pro qua *oramus*, & *obsecramus DEUM per Dominum nostrum IESUM Christum*. 2. dò Pro ratione dignitatis faciendae est *Commemoratio Patroni Locis*, & *Sancti Titularis*, vel *Tituli Ecclesiae*, scilicet vel *aate*, vel

post *S. Mariam*, & *Apostolos*, vel inter eosdem: consequenter de *Titulo SS. Trinitatis*, *S. Spiritus* & *SS. Corporis Christi* faciendae est ante *S. Mariam*, uti & de *Titulo S. Salvatoris* nisi fiat de *Feria*; quia enim tunc de *Cruce*, non est tunc faciendae *Commemoratio de Titulo Salvatoris* quia ambæ *aquipollent*. *Gav.* verò etiam *Cruce* & *Transfigurationis Christi*, ubi hæc *quæ ralis*, non ante sub *ratione Salvatoris* (uti est *Templo nostræ Societatis Augustini Vindelicorum*) est *Titulus Temporis* in vicem *aquipollent*, merito *bitatur*: *Propendeo ego in partem negativam* (usque dum aliud *S. C.* decidat.) esto *Gavantus* in *CTAVARIO ROMANO OCTAVÆ TRANSFIGURATIONIS DOMINI* hunc *Titulum* præfigat. *Infra Octavam Transfigurationis Domini seu Fes. Salvatoris*, de *SS. Angelis*, & *S. Joanne Baptistæ* fit ante *Apostolos*, non item de *Sanctis Veteris Testamenti*; *Litania* enim hi ordine *Temporis* in *Litania* *Apostolos* præcedant, ordine tamen *Dignitatis* eos subsequuntur. de *Patrono Locis* (idem est de *Patrono Ordinis*, gaudente iisdem, *Teo Arnaudo*, *Privilegijs*) faciendae *Commemoratio* singulariter est *Commemoratio Titularem Ecclesiae*, ut loc. cit. probat *Gavantus*, si nempe sint *aqualis dignitatis*, v. g. uterque *Martyr*, vel *Confessor*, adeoque in pari *gradu* *constituti*, si autem sint *dignitatis*

inæqu

inaequalis, tunc juxta Arnaudum Tr. 2. P. 1. Tit. 25. n. 3. & Lohner Instruct. 2. P. 2. Tit. 2. §. 10. & 11. n. 2. & 3. servandus est *Ordo Dignitatis*, qui juxta Lohner Tit. cit. §. 10. n. 2. in hunc ferè modum constituitur, ut de Tit. SS. Trinitatis, S. Spiritus, S. Salvatoris, SS. Corporis Christi, S. Crucis &c fiat Commem: ante S. Mariam, de hac ante SS. Angelos, post hos deinceps hoc Ordine: 1. de S. Joanne Baptista. 2. de Apostolis. 3. de Martyribus. 4. de Confessoribus Pontif. 5. de Confessor. non Pontificibus. 6. de Virginibus Martyribus, 7. de Virginibus non Mart. 8. de nec Virgine nec Martyre. Quod si de S. Cruce, tanquam *Titulo Ecclesie*, faciendâ sit alicubi Commemoratio, sufficit ex Decreto S. Rit. Cong. 1621. 30. Mart. illa, quæ in feriali Officio ante alias est faciendâ. Pari modo sufficit Commemoratio de S. Francisco apud eos Ordinis minorum Religiosos, quorum Ecclesie Titulus sunt *Sacra S. P. Francisci Stigmata*. At quaeres: An in Ecclesia *Omnium Sanctorum* nomine dicata (qualis est v. g. nostra Halensis) fieri debeat Commemoratio de B. V. & SS. Apostolis? R. cum Gav. affirmative; eò quod non sint omittenda suffragia *Specialia* propter *Generalis*, sicuti intra Octavam Omnium Sanctorum fit etiam de S. Carolo, SS. Vitale & Agricola, ac alijs: Porro Commemoratio *Tituli omnium Sanctorum* à

Pars II,

Clericis ejusmodi Ecclesie adscriptis faciendâ est non ante, sed post *Apostolos*; quandoquidem ita etiam fit ad Laudes & Vesperas in Officio parvo B. V. extra Adventum; non esse autem inconveniens bis fieri de eodem Commemorationem (semel scilicet *aperè*, seu *explicitè*, semel autem *lâterè*, seu *implicitè*) ostendit Gavant. Tom. 1. P. 4. Tit. 5. n. 15. & Tom. 2. sect. 5. c. 18. n. 9. Plura de *Commemorationibus Communibus*, & *Suffragiis Sanctorum* require ac vide supra P. 1. Tit. 8. & 34. de *Ferijs infra Hebdom. I.* post *Octavam Pentec.* *occurrentibus*: item infra P. III. Tit. I. de *Ritu ac Modo celebrandi Festa Patronorum &c* ante fin: nec non Tit. *Corollaria pro regilandis Commemorationibus &c.*

V. In Officio *Vigilie* alicujus *Patroni*, aut *Titularis*, habentis *Vigiliam*, non est faciendâ Commemoratio consueta de ejusmodi *Patrono*, aut *Titulari*; sicut enim juxta superius dicta Officium S. Mariæ excludit Commemorationem consuetam de eadem (nè scilicet de eodem bis fiat Commemoratio in eadem Parte Officij) ita & hic idipsum facit Officium ejusmodi *Vigilie*.

VI. Oratio pro faciendâ Commemoratione inter suffragia Sanctorum de *Patrono*, vel *Titulari* non est sumendâ ex eorum *Vigilia*, aut *Octava* (si quas habent) sed ex ipso eorundem *Festo*, mutatò verbò: *Nativitatem*, *Natalitia*, aliòve simili

(D)

Voca-

Vocabulum: *Commemorationem*, vel *Memoriam*. Quæ Mutatio si in aliqua *Oratione*, seu *Collecta* congruè fieri non potest, sumatur alia quadrans, aut saltem mutationem admittens de COMMUNI SANCTORUM. Cæterum (teste Gavanto) non est incongruum in *Commemoratione* (idem est de *Missâ Votiva*) de S. Joanne Baptista, tanquam *Patrono Titulari* alicujus *Ecclesiæ*, dicere: *Qui præsentem diem honorabilem nobis in B. Joannis Commemoratione &c.* neque: *Qui venerandam, sanctamque lætitiâ in Beati Bartholomæi Commemoratione &c.* aliâve his similia; tum, quia non enuntiatur quid falsum; tum, quia *Commemoratio Patroni*, aut *S. Titularis* est quasi *Repetitio Festi* per annum. Accedit, quod (ut P. Franc. Suarez de *Sacris. Miss. q. 3. a. 2. d. 80. sect. 4.* observat) quandoque *Præsentia* ad *Præterita* referantur, ut cum *Sabbatò Sanctò*, aut in *Festo Nativitatis Domini I. Missam* circa *Meridiem* celebrantes dicimus: *Hanc Noctem*. Si faciendâ sit *Commemoratio* (aut *Missâ Votiva*) de S. Leone II. Vocibus *Commemorationis Festâ* substitue vocabulum: *Commemorationem*; si de SS. Dionysio ac Socijs, tace in eorum *Oratione: Hodierna die*; si de S. Apollinari Mart. omittit *Articulum: Hunc, &c.* de alijs.

Petes: An habens plures *Beneficiorum*, aut *Ecclesiarum Titulos* re-

neatur in *Officio* totidem *Commemorationes* facere? R. cum distinctione nam si *Tituli* sunt de eodem v. de S. Maria. tunc licet sint diversi *Titulorum Festa*, sufficit tamen una *Commemoratio Communis: Sanctæ Mariæ. succurre miseris &c.* & sic de alijs. Quod si verò *Tituli Sanctorum* sunt diversi, tunc juxta Gavanto poterit fieri alterutrius sequentium *modorum*: vel enim poterunt distinguï in *Classes* sanctorum, v. g. *Apostolorum, Martyrum, Confessorum ac Virginum*, ita, ut unaquæque *Classis* recolatur cum *propria Antiphona Versu, ac Oratione*, in qua ij nominentur *Beneficiorum Sancti Titulares*, qui spectant ad talem *Classem*, vel poterit de *Majorum* licentia formari *Antiphona* cum *suo Versu, ac Oratione*, quæ conveniat omnibus, & in qua vel *singulis* adscribitur *compœrens Prædicatum*, v. g. *Martyris, Confessoris, &c.* (uti fit in *Suffragijs Communibus SS. Patrum* *Ecclesiæ Cathedralis Brevinensis, S. Cassiani Pontif. & Martyris, ac SS. Ingenuini & Albuini Confessorum Pontif.*) vel omne ejusmodi *Prædicatum* omittatur, ad eum omnino modum, quò in *Festo SS. Martyrum Nazarij & Celsi &c.* omittitur in *Oratione* vox *Martyrum*, quia nempe S. Innocentius (de quo ibi) non fuit *Martyr*; uti & in *Festo SS. Alexandri, Eventij &c.* quia S. Juvenalis in illa *Oratione* partem noni-

nominatus non fuit Martyr, sed tantum Episcopus. Tamen autem habens plura Beneficia satisfaciat unica recitatione Horarum Canoniar. pro eodem die, ut probabilior Sententia docet; quia tamen tenetur tot facere Commemorationes, quod sunt Beneficia, seu Patroni Beneficiorum (eò quod par sit omnium ratio) ideo eos, qui ex plurium seu Beneficiorum, seu Ecclesiarum Titulis ad plures Commemorationes in Officio faciendas obligantur, monet hòc locò Gavantus, facillè contingere posse, ut multarum ejusmodi Comemorationum omisso lethalis, & ad gravem materiam peccati mortalis constituendam sufficiens evadat, ut in simili, probat Th. Sanchez in Oper. mor. l. 2. c. 4. n. 16. Imò & ad ratam Restitutionis fructuum faciendæ teneri Beneficiarium in hoc casu expressè tradit Martin. Bonacina disp. 1. q. 2. Punc. 4. n. 28. Quod tamen ultimum nimis rigorosè dici existimat idem Gavantus sect. 5. c. 18. n. 12. Tom. 2. Thesaur. an autem hoc meritò? alijs dijudicandum relinquo. Non deest certè, cui ipsius quoque Gavanti Doctrina satis dura videtur; puratque in Dubijs benignis judicandum circa materiam sanè absolutè modicam.

VII. Etiam Regulares tenentur facere Commemorationem de eo Divo Titulari, cujus Ecclesiæ sunt adscripti, idque non tantum intra,

sed etiam extra Chorum, quamdiu Ecclesiæ illi sunt adscripti: cum eadem sit ratio, quæ in Beneficiato: cum uterque alatur Ecclesiæ propriæ emolumentis.

Ex dictis hoc, & præcedenti Numerò colligi posse videtur, an Nostri Eberspergenles, urentes Directorio Collegij Monacensis, teneantur facere Commemorationem de S. Archangelo Michaële, qui est Patronus Ecclesiæ nostræ Monachij, ad cujus loci Collegium spectat illa Residentia? An verò, & quò modò, seu quò Ritu, ac cujus autoritate Ecclesia una possit celebrare Festa alterius, vide apud Gavantum Tom. 2. sect. 1. c. 5. Tit. 2. à n. 8. ac f. 2. c. 2. à n. 24. & 25. Vide etiam P. Gob. Tract. 3. n. 696. & in Append. 2. ejusdem Numeri litt. tt. & uu.

VIII. Commemorationes Communes, de quibus hactenus, cedunt ex suprà dictis Commemorationi Festi simplicis eo die occurrentis; quia Commemoratio Festi est privilegiata Titulò Festivò supra Communem aliorum Commemorationem; sùntque illæ ideo Communes, dictæ; quòd cedant priorem locum Festivis: sùnt tamen frequentius per annum ad recolenda SS. Merita, & ad impetrandum sæpius eorum Patrocinium. Guil. Durand. l. 6. Ration. Div. Officior. c. 60.

In Officio Missæ ab Octava Epiphaniæ usque ad Purificat. B. V. nisi
[D 2] fue-

fuerit *Duplex*, post Orationem diei dicuntur istæ Orationes: *DEUS, qui salutis æternæ*; &: *Ecclesia*, vel pro Papa, positæ in Missa Dominicæ II. post Epiph. quarum Prior si sit ultima (ob faciendam v. g. Comemorationem simplicis Festi, aut dicendam Orationem *Fidelium*) tunc ei correspondens Postcomunio terminatur per Verba: *per eundem &c.*

15. S. PAULI primi Eremitæ Conf. Semiduplex. Col. Alb. Offic. sit de Comuni Conf. non Pontif. In Hymno: *Iste Confessor*. mutatur 3. Versus. Lect. 1. Noct. de Script. occur. Reliquæ, ut in proprio loco. 9. na Lect. de S. Mauro Abbat. cum ejus in Laudib. commemorat. per Antiph: *Similabo &c.* & Vers. *Amarit eum &c.* nisi hodie [translato S. Paulo] de *Dominica* fiat; nam si fiat de ista, Antiphon. & Versus pro S. Mauro non sumuntur ex 1. Vesp. sed ex Laudib. de Commun. Confessor. Missa, uti notatur, cum *Glor.* sine *Cred.* Oratio 2. de S. Mauro: *Intercessio &c.* 3. *DEUS, qui salutis æternæ &c.* cui correspondens Postcommunio [non autem *Secrera*] sic concludenda: *per eundem Dominum &c.* Præfat. Commun. In 2. Vesp. à Capitulo sit de S. Marcello [nisi Is ob Dominicam cras occurrentem sit transferendus] Col. Rub.

16. MARCELLI Pap. & Mart. semid. In Offic. omnia, ut in Comun. un. Mart. ac proprio loco. Respon-

for. 8. *Domine prævenisti &c.* quæ exstat ante Laudes de COMMUNI Mart. & dicitur ideo de hoc, & aliis nonnullis, partim ibi, partim apud Gavantum Tom. 2. S. 8. c. 2. n. 5. pressis Sanctis; quia Sanguis non fuderunt, ut loc. cit. notat idem Gayant: qui ibi simul ostendit, quomodo hoc non obstante in Hymno Vesperarum de hujusmodi Sanctis adhuc cum veritate, ac absque necessitate alicujus mutationis dici possit: *fundensque pro te sanguinem* Missa uti notatur, cum *Gloria* sine *Credo*; Orat. 2. *DEUS, qui salutis æternæ*. 3. *Ecclesia*, vel pro *Pap.* Reliquæ ut heri. Col. Rub.

II. Vesperæ dicuntur integre de S. Antonio Abbate [sub Ritum duplicem.] cum Comemoratione S. Marcelli, cui præmittitur Comemoratione Dominicæ, quando Festum illud quens incidit in Dominicam. Col. Alb.

17. S. ANTONII Abb. dupl. min. Col. Alb. Lect. 1. Noct. de Scriptura occur. 2. Noct. propr. 3. Noct. S. Lumbi, de Comuni Confessor. non Pontif. Missa: *Os Justi*, de Comuni Abbat. excepto 1. Evang. quod sumitur ex Missa: *Os Justi*, de Comuni Confessor. *Vesperæ* [nisi cras occurrat *Dominica privilegiata*, puta *Septuagesima*, aut Festum 1. mæ Clavis v. g. *Dedicationis propriæ Ecclesiæ*] dicuntur de Festo Cathedræ Romane S. Petri Apost. cum *Coramena*. S. Pauli Apost.

Apost. dein S. Antronij Abbar: & S. Priscæ V. ac M. Col. Alb.

Commemoratio S. Pauli in Festis S. Petri fit ante alias quascumque Commemoraciones, etiam *Festi duplicis*, ac *Dominicæ*: quod ipsum vicillim servatur circa Commemorat. S. Petri in Festis S. Pauli, eò modò, quò suis locis annotatur sub propria Rubrica.

Si *Dominica Septuagesima* incidat in diem 18. Jan. [uti incidebat annò 1693. ac toties incidit, quoties Littera Dominicalis est D. Epacta autem 23.] tunc, quia in Sabbato eam antecedente, ob occurrens in eo Festum 9. Lectionum [nempe S. Antonij] non potest fieri Officium [Ritu feriali] de *Dominica 2. post Epiphaniam*, uti alioqui juxta Rubricam *Dominicæ 1. mæ post Epiph.* præfixam, ac superius allegatam, fieri deberet, ideo juxta hanc eandem Rubr. in tali casu 1. mæ die post Octavam Epiph. in qua non est *Festum duplex*, adeoque ferià IV. præcedente seu die 14. hujus, vel, si fortè alicubi die illo S. Hilarius, aut aliud Festum [v. g. SS. Nominis Jesu] celebratur *Ritu duplici*, tunc 15. hujus, seu ferià V. ejus Hebdomadæ faciendum est *Officium* [translato *Semiduplici* die illo occurrente] de Feria per annum, ità tamen, ut *Lectiones*, necnon *Antiphona ad Benedictus* non sumantur ex *Feria currente*, sed ex *Dominica 2. post Epiph.* uti & *Oratio*, ac *Respon-*

foria trium Lectionum Nocturni, quæ pariter sumenda sunt ex illa *Dominica*, & quidem ex 1. illius *Nocturno*, quia 1. mò ponuntur: faciendà quoque est *Commemoratio* [sed sine *Lectione*] *Festi simplicis* die illò occurrentis, illi verò immediatè subjungenda *Commemoratio de Cruce* cum reliquis *suffragijs Communibus* *Consuetis* juxta superius dicta die 14. hujus. Dicitur tunc quoque in *Choro Officium Defunctorum* pro *Menſe* *Januario*, cum *pridianis* eorumdem *Vesperis*, ut supra P. I. At verò *Missæ* dicitur de *Dominica 2. post Epiphaniam* *Ritu feriali*, id est, sine *Gloria & Credo*, cum *Benedicamus* in fine, nec non cum *Commemoracione S. Felicis Mart.* aut alterius *Festi simplicis* occurrentis; cui, si dicantur tres tantum *Orationes*, præmittitur *Oratio: Fidelium*, quæ in *Missis* *vi-vorum*, si dicitur, semper dicenda est penultimò locò; in *Missis* autem *Defunctorum*, si dicenda est, semper dici debet ultimò locò. Porro *Color* tam in *Officio*, quam in *Missæ* ejusmodi *Dominicæ* anticipatæ seu extra proprium diem celebratæ, est *viridis*. *Vesperæ* autem tunc erunt de sequenti, cum *Commemoracione Festi simplicis* in *Craftinum* occurrentis, attamen sine *Commemoracione* dictæ *Dominicæ 2. post Epiph.* quia hujus *Officium* [utpote tantum feriale] In tali casu jam fuit terminatum ad *NONAM*. Vide dicta superius
(D 3)

rius 14. Jan. nec non P. I. *Dominica* 2. post *Epiph.* Quòd si cras occurrat simul *Dominica Septuagesimæ*, & *Festum Dedicacionis*, aut *Patroni*, aut *Titularis Ecclesie*, tunc hodie (nempe 17. Januarij) translato Festo Cathedræ Romanæ S. Petri, *Vesperæ* dicuntur integræ de *Dedicacione*, vel *Patrono*, aut *Titulari Ecclesie* cum *Commemoratione Dominicæ Septuagesimæ* tantum, cum duplici *Alleluja* ad *Benedicamus*, ut ibi: occurrente verò solâ *Dominicâ Septuagesimæ* in *Craftino Festo Cathedræ*, hodiernæ *Vesperæ* erunt de S. Antonio cum *Commemoratione Septuagesimæ*, & S. Priscæ Virg. ac Mart. cum duplici *Alleluja* ut antè. *Col. Alb.* Festum autem Cathedræ tunc transfertur.

18. FESTUM CATHEDRÆ ROMANÆ S. PETRI APOST. Celebrandum hodie cum *Commemoratione* (post S. Paulum faciendâ) & 9. Lect. de S. Priscâ V. & M. sub. Ritu duplici majore, & Colore albo, uti in *Breviario*, nisi sit transferendum ob occurrentem hodie *Dominicam privilegiatam Septuagesimæ*, quæ juxta *Rubric. Brev.* soli cedit occurrenti in ea *Patrono*, vel *Titulari Ecclesie*, ac hujus *Dedicacioni*: licet autem in horum *Festorum* occurſu fieri nequeat *Officium de Dominica Septuagesimæ*, fieri tamen etiam tunc debet de ea *Commemoratio* in utrisque *Vesperis*, *Laudibus*, ac *Missâ*. Par ratio

est de alijs *Dominicis* 2. *Classis*, ut sum supra P. I.

Si autem hodie occurrat *Dominica* alia per annum fieri de *Dominica* ejusmodi in *Officio* & *Missâ* dierni *Festi Cathedræ* tantum *Commemoratio* in utrisque *Vesperis* *Laudibus*, & *Missâ* eum 9. *Lectio* de eadem in *Officio*, cumque eadem *Evangelio* in fine *Missæ*. *Missâ* *Festi Cathedræ* S. Petri extat in *Ordine*: atque in ea, uti in *Officio*, sit *Commemoratio* S. Paulo ante quascunque *Commemorationes*, etiam *Dominicæ*, ut ultimo autem loco *Commemoratio* quoque de S. Priscâ V. & M. eadem dicitur *Gloria* & *Credo* *Patris Apost. Col. Alb.*

Vesperæ (nisi cras alicubi occurrat *Festum* altioris *Ritus*) de eadem *Cathedra Romana*, uti notatur in *Brev. Rom.* cum *Commemoratione* de S. Paulo *Apost.* nec non ad libitum de S. Canuto quarto Norum Rege ac *Martyre* (nisi si cadat in *Dominicam*, aut occurrat alicubi in aliquo *Festo* 9. *Lectio* vel *infra* aliquam *Octavam* eadem *particularem* alicujus *Ecclesie* Religionis; tunc enim ob rationem post subjungendam anno illò non fit de eo, secluso speciali *Indulto* quoque etiam de SS. Mario, *Martha* Socijs *Martyrib.* ut in *Brev. Col. Alb.* Quòd si hodierna die (ut in *Eniponti* 1693.) occurrat simul *Dominica*

minica Septuagesimæ, & dies Octava
alicujus Festi (v. g. *Dedicationis*, aut
Patroni) totum Officium, translato
Festò Cathedralæ, sit de Dominica,
cum Commemoratione tantum de
die Octava, & S. Prisca V. ac M. ut
pluribus P. I. *Dominicâ Septuagesi-*
ma declaratur.

Quòd si etiam dies Octava tan-
tum alicujus Festi (v. g. *Dedicationis*)
hodie occurrat, Festum Cathedralæ pa-
riter transferetur, fierique hodie Of-
ficium de die illa Octava (non ob-
stante, quòd dies Octava sit tantum
duplex minus, Festum Cathedralæ ve-
rò *duplex majus*) cum Commem-
oratio ac 9. na Lectio de S. Prisca,
ut suo locò dicitur. quòd si simul
Dominica per annum occurrat, tunc
ante S. Priscam fit etiam de ista Com-
memoratio in *Officio*, & *Missâ*.
cum 9. na Lectio de ipsa Domini-
ca, ejusque Evangelio in fine *Missæ*.

Si cras non fiat de S. Canuto,
aliòve Festo 9. Lectio, nec de die
infra Octavam &c, tunc hodie post
Vesperas diei, dictò *Benedicamus Do-*
mino, ac *DEO gratias*, omissoque
Versu: *Fidelium anima* &c. dicuntur
(in Choro) *Vespera Defunctorum* pro
1. ma die Mensis Januarij non impe-
dita, modò P. I. Tit. V. declarato;
cras autem post *Laudes* diei, itidem
dictò: *Benedicamus*, ac omisso Versu:
Fidelium anima &c, dicitur illud No-
cturnum *Officij Defunctorum*, quod
Festum currensi correspondet, unà

cum *Laudibus* ejusdem Officij, ut
ibidem, ac suo locò; ubi etiam de
ordinandis *Missis* tam *privatis*, quàm
Conventi: in hujusmodi Casibus. Dies
autem impediti censentur etiam illi,
in quibus actu fit Officium ad Libi-
tum 9. Lectio.

19. SS. MARIJ: MARTHE, AUDI-
FACTIS, & ABACHUM MARTYRUM. *Sim-*
plex. Item S. CANUTI IV. DANORUM
Reg. ac Mart. *Somiduplex ad libitum*-
(nisi cadat in dies infra à S. R. C.
exceptos) à temp. Clementis X. *Col.*
Rubr. In 1. *Vesperis*, recitandis ut he-
ri anotatum, ac hodiernis *Laudibus*
& *Missâ* de S. Canuto à Celebranti-
bus illum hodie ad libitum fit Com-
memoratio de SS. Mario & Soc.
MM. cum 9. na de iisdem Lectioe
in 3. tio Noct. In 1. mo autem No-
cturno dicuntur Lectioes de Scri-
ptura diei currentis: Reliqua, ut in
COMMUNI unius Martyr: ac propr-
loco. In *Missâ* (quæ est: *In virtute*
tua: prima de COMMUN. un. Mart.
exceptâ Orat. 1. ma propr. & 1. m. ò
Evangelio: *Siquis vult post me venire*,
sumendò ex *Missâ Sacerdotes DEI* de
Commun. un. Mart. Pontif.) dicitur
Gloria sine *Credo*, Oratio 3. *DEUS*
qui salutis &c: at correspondens
ei tertia secreta (si fiat de S. Canu-
to) sumenda est ex *Missâ Voriva* de
B. V. post Purificationem: *Tua Domi-*
ne; eò quòd Secreta ordinaria hu-
jus Temporis de B. V. coincidat cum
Secreta hodiernæ *Missæ*. *Col. Rubr.*
Vespea

Vesperæ hodie sunt de SS. Fabiano & Sebast. cum Comemoratiōe præced. Festi ad libitum, nisi in diem crastinam incidat *Dominica privilegiata*, aut *Festum altioris Ritus* (uti contingit annò 1709. quò apud nos in diem Vigesimalam hujus incidit *Festum Dedicatiōis*, & annò 1704. quò in eandem diem 20. Jan. incidit *Dominica Septuagesima*, & simul *Festum Dedicatiōis Templi nostri*) tunc enim translato Fes. SS. Fab. & Sebast. Vesperæ in 1. mo casu erunt usque ad Capitulum de Psalterio [cum S. Canutus semid. ad libitum tunc hodie penitus omitatur ob ponendum Sabbatò illò Officiū Dominicæ II. post Epiph.] à Capitulo autem de Dominicâ Septuagesimæ, ut ibi; in posteriori verò casu Vesperæ erunt de Fes. illo solemnè, cum Comemorat. Dominicæ cras occurrentis, etiamsi illa sit 2. Classis, nempe *Septuagesima*. Atque hæc de modo recitandi *Officiū & Missam*, si hodie fiat *ad libitum* de S. Canuto M. Quibus adde hoc locò, quòd si Fes. S. Canuri M. aut aliud ex ijs, quæ tantum sunt *ad libitum*, occurrat in *Dominica*, aut in aliquo Fes. 9. Lectionum de præcepto, etiam mobili, aut loci solum *particularis*, aut *infra aliquam Octavam*, etiam tantum *particularem alicujus Ecclesiæ, vel Religionis*, eò annò, aut locò non sint transferenda [secluso saltem speciali Indulto, quale olim obtinuit Societas

pro Noltris in Germania, & Polonia, cum Fes. S. Hedwigis Vi. cadens constanter in diem Octavæ S. Francisci Borgiæ etiamnum est *semiduplex ad Libitum*] sed penitus omittenda, etiamsi sint *duplex*, tum Decreta S. R. C. tum de annò 1722. Decemb. tum de annò 1682. Januarij Fes. ad Libitum in *viarijs* recentionibus præfixa; permittit tamen eadem Sac. Rit. Cong. in posteriore hoc suo Decreto, *Festum Translatum*, quod alias eo celebrandum occurreret, die non celebretur, sed ulterius transferri possit in alium diem non inditum; ut item die illo omittatur Officiū, semel per Hebd. eadem aut Mens. ex Indulto Apostolico alioqui celebrari permittitur, ut sic locus sit celebrando *Officiū ad Libitum*, quod in ejusmodi occurrit.

Quòd si hodie non fiat de S. Canuto, aut alio Fes. 9. Lectionum neque de B. V. in Sabbato, aut Dominicâ aliquâ anticipandâ, sed in Fes. simplici occurrente SS. Marij & Sociorum, tunc *Officiū & Missa* dicuntur Ritu *Festivo simplici*, qui extra Tempus Adventuæ, Quadragesimale, & Paschale, universaliter est talis: Ad Matutinum, dicitur Invitatorio & Hymno de Fes. to, ut in COMMUNE Sanctorum, dicitur Nosturnum Feriæ; occurrunt cum 12. Psalmis ferialibus, eisque

præfixis Antiphonis, ut in Psalterio: uti is notatur in occurrente Fes-
to, uti is notatur in occurrente Fe-
ria in Psalterio, desumptus ex eo No-
cturno, qui in Communi Sanctorum
Feriae currenti correspondet, uti
mox de Responsorij dicitur: dicta
post Versum Oratione Dominicâ di-
citur Absolutio Ferie currenti cor-
respondens, nempe Feriâ II. & V.
Exaudi Domine JESU Christe: Feriâ
III. & VI. Ipsi pietas, & misericordia
&c. Feria IV. A Vinculis peccatorum
&c. Benedictio I. in Offic. de Sancti-
trium Lectionum est: Ille nos bene-
dicat, qui sine fine vivit & regnat.
& Amen. II. Cujus, vel Quorum, vel
Quarum Festum colimus, ipse, vel ipsi,
vel ipse intercedat, vel intercedant
pro Nobis ad Dominum. & Amen.
III. Ad Societatem Civium supernorum
perducatur nos Rex Angelorum. &
Amen. Deinde dicuntur 3. Lectio-
nes, una scilicet, vel duæ de Scri-
ptura occurrente; reliq; de eo, aut
ijs, de quo, aut quibus fit Officium,
ut notatur in PROPRIO SANCTORUM,
& declaratur Rubr: Gener: *XXVI.*
Breviar: n. 4. Primæ & secundæ Le-
ctioni suum subjungitur Responso-
rium, sumendo illud (quando pro-
prium non assignatur) de COMMUNI
SANCTOR: attamen ex eo Nocturno,
qui Ferie currenti responder, nem-
pe Feriâ II. & V. ex 1. Nocturno, su-
mendo tam primum, quam secun-
dum Responsorium illius Nocturni;

Pars II.

Feriâ autem III. & VI. sumendo ut-
rumque ex 2. Noct. ; Feriâ denique
IV. ex 3. Noct. Cùm autem Respon-
soria prædicto ordine ac modo su-
muntur ex 1. aut ex 2. Noct: COM-
MUNIS SANCTOR: pro Fes-*to Simplicis,*
seu *trium Lectionum,* debet in fine Re-
sponsorij 2. di apponi *Gloria Patri,*
& Filio, & Spiritui Sancto, cum Re-
petitione partis Responsorij, ad eum
modum, quò additur, eum simili
Repetitione partis Responsorij, in
fine Responsorij 2. di in 3. Noct: de
COMMUNI SANCTOR. Post 3. Lectio-
nem in Officio de Fes-*to simplici* (quale
est hodiernum SS. Marij & Soc: MM.)
non dicitur aliquod Responsorium,
sed semper Hymnus: *Te DEum &c:*
quæ omnia constant ex Rubr: Gen:
XXVII. n. 2. & 4. Ad Laudes &
Horas subsequentes minores usque ad
NONAM (quâ terminatur Officium
Festi Simplicis) inclusivè dicitur Offi-
cium *simplex Festivum,* uti in *Festis*
semiduplicibus, de Fes-*to,* cum Precibus
Dominicalibus ad PRIMAM, & Suffra-
gijs Sanctor: ad Laudes. Quomodo
autem ordinandum sit Officium Festi
Simplicis in casu, quò incidit in
diem, quò fit de *S. Maria in Sabbato,*
item in diem, quò faciendum est
de *Dominica anticipata,* seu extra
suam sedem, seu *propriam diem* cele-
brandâ, constat & constabit ex di-
ctis ac dicendis P. I. & III. suis locis;
ut & quomodo idem Officium sit
ordinandum in 1. suis Vesperis (se-
cundas

(E)

eundas non habet) tam in casu, quò pridie illius nullum cadit Festum 9. Lectionum, quàm etiam in casu, quo pridie illius occurrit ejusmodi Festum.

Quæres: An, quando *Dominica Septuagesima* venit in *Dominica prima* post *Octavam Epiphaniæ*, *Dominica* autem illa incidit in diem 20. Januarij (ut factum annò 1704.) an, inquam, tunc *Sabbato* præcedenti, nempe 19. Jan: *Officium Horarum*, ac *Missa* fieri possit ad *Libitum* de S. Canuto? Ratio dubitandi oritur ex *Rubricâ* *Dominicæ* 1. mæ post *Epiph.* præfixâ, quæ jubet, ut, quando *Septuagesima* venerit in 1. *Dominica* post *Octavam Epiph:* tunc in 1. *Sabbato* post *Octavam Epiph:* adeoque *Dominicam* *Septuagesimæ* immediatè præcedente, ponatur (*Ritu* tamen solummodo *feriali*. ibidem descriptò) *Officium Dominicæ II.* post *Epiph:* modò *Sabbatum* illud non sit impeditum Festò aliquò 9. Lection: aut, si *Sabbatum* illud taliter sit impeditum, tunc 1. mæ die post *Octavam Epiph.* in qua non sit Festum duplex, translato semiduplici in ea occurrente: Cum ergo Festum S. Canuti sit Festum 9. Lectionum, Festum autem 9. Lectionum excludat Celebrationem *Dominicæ* ab eo *Sabbato*, in quo ipsum occurrit, ideo nihil videtur ob stare, quò minus sit liberum in illo facere ad *libitum* de S. Canuto; Et verò non de-

erant, qui censuerant annò prædictò 1704. Fieri potuisse ad *Libitum* 19. Januar. de S. Canuto; de *Dominica* autem 2. post *Epiph:* fieri debuisse 14. Januarij (translatò S. Hilarij) diem aliam non impeditam] aut illa esset alicubi speciali Festo duplici impedita, 15. ejusdem, translato S. Paulo 1. Eremita. Licet autem horum opinio probabilis videatur P. Claudio La Croix Tomul. 4. lib. 4. q. 204. n. 1269. eamque de annò secutum sit *DIRECTORIUM* Coloniense cum *Rubricista* quodam in mano, mihi tamen secus videtur, ob auctoritatem *DIRECTORII* Romani [cujus Auctor multò accuratissimus in hujusmodi ambiguitatibus, ut ex Teste omni exceptis majore accepi, Sac: Rit: Congr: summè studiosè defuper solet indagatum etiam ob Rationem non modò in suprâ allegato Decreto, sed in ipso quoque *DIRECTORIO* Romano ejus Auctore insinuaram. Itaque annò 1704. quò dies *Octava Epiph:* incidit in *Dominicam* 1. mæ post *Epiph:* ideòque neque hæc *Dominica*, neque sequente, quæ erat *Septuagesima*, incidens in diem 20. Januarij fieri poterat de *Dominica* 2. di post *Epiph:* *DIRECTORIUM* Romanum [quod secuta sunt nostrum Brixinense, Leodiense, ac Viennense] conformiter *Rubricis*, ac sæpius memorato Decreto *Officium* *Dominicæ* post *Epiph:* posuit 19. Jan: adeoque

in Sabbato ipsam Dominicam Septuagesimam proximè præcedente, Modum Ritu feriali illud recitandi his verbis præscribens: e 19. Jan. Sabb. de Dominica 2. post Epiph. Officiam sit feriale. Ad Matut. Inuit. Hymn. Antiph. Psal. & V. ut in Sabb. in quo dic: 2. da Antiph. cum suo Psal. Jubilare; tres verò Lect. de Homil. Dominica. 2. post Epiph. & tria pp. ex 1. mo Noct. ejusdem Dominica [omissio Hymnò: Te DEum] Ad Laud. Antiph. Psal. Cap. Hymn. & V. de eodem Sabb. Ad Benedictus verò Antiph. de eadem 2. Dominica: Nuptiæ &c. cum ejusdem Orat. Omnipotens, & cum Commem. [attamen sine Lectione] de SS. Mario & Soc. MM. nec non de Cruce; & cum Suffrag. Sancto. in Laudib. Post ipsas die in Choro 3. tium Nocturnum, & Laud. Defunctor. Missa de eadem Dominica, cum 2. da Orat. Fidelium; & 3. ia de SS. Mario & Soc. MM. sine Gloria & sine Credo. Col. Virid. Vespera feriales à Caput. de Dominica Septuages. Antiph. ad Magnificat: Dixit Dominus ad Adam &c. Oratio propr. ad Vers. Benedicamus Domino additur duplex Alleluja, & deinceps non dicitur Alleluja usque ad Sabbat. Sanctum, sed ejus locò in initio Horarum dicitur: Laus Tibi Domine, Rex æternæ Glor. Col. Viol. Hæc ex Directorio Romano illius anni.

Si hodie [nempe 19. Jan.] fiat Ritu simplici de SS. Mario & Socijs,

modò superiùs descriptò, tunc præ die pro Mense Jan. dicuntur pariter in Choro Vespera Officij Defunctorum; hodie verò post Laudes diei Nocturnum ejusdem Officij, Correspondens Feriæ currenti, cum Laudibus de iisdem Defunct: in Missa autem hodierni Festi [quæ est propria] penultimò locò dicitur Oratio Fidelium: at verò in Ecclesijs Cathedral. & Collegiar. dicuntur tunc 2. Missæ, una, eaque Quotidiana, pro Defunctis, cum Orationibus ut ibi, Col. nig. altera de Festo cum Glor sine Cred. 2. Orat. DEum, qui saluti. 3. Ecclesia, vel pro Pap. Col. Rub. Quod si hoc Festum SS. Marij & Socior: veniat in Feria 2. & in ea non fiat ad libitum de S. Canuto, primæ duæ Lectiones sumuntur de Dominica præcedente, Versus autem & Responsoria duo ex I. Nocturno de Comuni: plur: Mart: illorumque secundo post Versum apponatur Gloria Patri cum Repetitione ultimæ Partis Responsorij ante & post Gloria Patri: id quod juxta suprà dicta semper facier dum, quando Responsoria duo sumenda sunt pro Festo trium Lectionum ex I. vel 2. do Nocturno de Comuni: SANCTOR: sumuntur autem juxta ibid: dicta ex I. Nocturno, si hoc, aut aliud hujusmodi Festum trium Lectionum incidat in Feriam 2. vel 5. Ex 2. autem Nocturno tunc, quando incidit in Feriam 3. vel 6. idemque est de Versu Nocturni: si verò incidat

(E 2)

in

in Feriam 4. tam sumitur Respon-
sor: I. & II. ex 3. Noct: COMMUNIS
Sanctorum [idemque est de Ver-
su] ut ibi. Post III. verò Lectio-
nem semper dicitur in Festis trium
Lectio Hymnus: *Te DEum &c.*
Lectio 1. mæ præmittitur Bened.
Ille nos benedicat &c. 2. dæ *Cujus*, vel
quorum, vel *quarum Festum colimus*
&c. 3. tiæ *Ad societatem &c.*, ut su-
pra. Si idem Festum SS. Marij &
Socior: veniat in *Dominica 2. post*
Epiph: fit de eo in 1. Vesperis, Lau-
dibus, ac Missa Dominicæ solummo-
do Comem: cum 9. Lectio in Offi:
Dominicæ. Si verò veniat in *Domianic*
Septuagesima, fit de eo tantum Com-
mem: sine 9. na Lectio. *Rubr. Gen.*
Tit. IX. n. 10. & Tit. 26. n. 3. Si deni-
que veniat in Sabb. ante Dominicam
2. post Epiph. & non fiat ad Libitum
de S. Canuto, fit de B. V. M. in Sabb.
de SS. Mario & Soc: autem fit pari-
ter tunc hodie solū Comemoratio in
Laudibus ac Missa [post Orationem
Fidelium] sine 9. Lectio, dicendó-
que Officium Defunctorum, ut su-
pra; in Ecclesijs autem Cathedrali-
bus, & Collegiatis 2. Missas Con-
ventuales, unam [eamque quotidia-
nam] pro Def: *Col. nig.* alte-
ram de B. Maria in Sabbato, cum
Commemor: SS. Marij, ac Socio-
rum, Oratione 3. verò de S. Spiritu.
Præfat. de B. V. *Et te in Veneratio-
ne. Col. Alb.*

Ubi fit Separatio SS. FABIANI

& SEBASTIANI [eò quòd iste v. g. fit in
tronis Templi] Antiphonæ in Vesp-
ris hodiernis pro S. Sebastiano
Qui me Confessus &c., ex Comm-
Un: Mart. Oratione: *Præsta ques-
omnipotens DEus, ut intercedente*
de eodem Communi 3. tiò loco, in
liquum Officium fit pariter de eo
rali loco [ubi scilicet est *Paro-*
aur *Titularis*] ut in Communi: tunc
Mart. uti in Festo 1. mæ Classis. *Co-*
Tom. 2. S. 3. C. 10. d. n. 21. usque
14. inclusivè: cumque juxta
dem Gavantum *Secl. 7. c. 7. n. 1.*
Festis Maij Evangelium *Missæ*
cordare debeat cum eo, de quo di-
tur Homilia in Officio, ideo recte
rectoria Diocesana, à me inspet-
Missam, (dicendá cum *Glor. & C.*)
pro ejusmodi loco assignantia de
Communi unius Mart. illam potius
assignant, quæ ibi habetur 2. d. lo-
cò, & incipit: *Lætabitur* *Jesús*
quàm *Missam*: *In virtute*, ex
tem ibid: 1. mò locò: cum in
posterioris Evangelium non fit
riore Homiliam in Breviario, *hæ-*
autem in Evangelium prioris (*no-*
pe 26. Jan. in Festo S. Polycarpi)
qua proin sumendæ sunt Lectio-
pro 3. Noct. in 1. mò autem Nocturno
dicuntur: *Fratres debitores &c.* *pe-*
Rubricam extantem post *Psalm.*
1. mi Nocturni de Communi: tunc
Mart. In 2. denique Nocturno *Primo*
& *Secunda* Lectio dicuntur uti
tantum in Breviario à Verbis illis

ex Sebastianus ex Patro &c; Tertia: Principes persecuti &c. de Comun: un: Mart. At petes: Quando, & quo Ritu Officium & Missa in loco, in quo fit separatio S. Sebastiani à S. Fabiano sint facienda de Socio, nempe de S. Fabiano? 2. Cum Gav. Tom. 2. S. 3. c. 10. n. 12. faciendum esse de S. Fabiano in tali Casu non nisi Ritu Semiduplici, & quidem post Octavam S. Sebast: eò quòd Dies omnes intra Octavam sint impediti. Quæ autem porro in casu hujusmodi Separationum sint observanda, dicitur infra Tit. de Patron. & Tit. de Transl. P. III.

Ubi verò non fit Separatio S. Sebastiani à S. Fabiano, Vesperæ hodiernæ, & crastinum Officium dicuntur, uti notantur in proprio loco, nisi cras occurrat Dominica Privilegiata, aut Festum altioris Ritus, de quo supra.

20. SS. FABIANI & SEBASTIANI Mart. dupl. min. Col. Rub. Missa propr. Vesperæ hodiernæ à Capit. sunt de S. Agnete (nisi ea veniat in Dominica Privilegiata, ac propterea sit transferenda) cum Commemoratione præcedentis. Antiph. de S. Agnete, ad Magnificat, uti & Oratio est propria. In locis verò, in quibus celebratur Festum S. Agnetis sub Ritu duplici majori, aut adhuc altiore (v. g. 1. mæ Classis in propr. Ecclesia) ibi dicuntur integræ Vesperæ de S. Agnete, sumendo Psalmos de

de Dominica, & pro ultimo Psalmum: Laudate Dominum Omnes Genes (adeoque, uti notat hic Gav. sicut in 1. Vesperis Virorum, & S. Agatha) Antiphonas verò Psalmorum accipiendo ex Laudibus Festi. Ubi S. Sebastianus tanquam Patronus propriæ Ecclesiæ celebratur Ritu duplici 1. mæ Classis, & cum Octava, ibi Officium infra Octavam ordinatur, ut in Rubrica Gen: VII. n. 4. & 5. approbatas Lectiones pro 2. & 3. Nocturno suppeditante OCTAVARIO Romano à fol. 253. & 273. Tit. Infra Octavam un. Mart. non Pontif. Quando in Majoribus & præcipuis Ecclesijs Hebdomadarius seu Officiator Hymnum: DEUS tuorum militum, aliòsque, qui incipiunt ab Invocatione (cujusmodi sunt etiam Hymni: Creator Alme siderum &c, item: Salutis humana Sator &c) inchoat, manus jungit, & inclinatur se Versus Altare. Bauldry P. I. c. 5. n. 13.

Si hoc aut aliud Festum 9. Lectionum occurrat in Dominica Septuagesimæ, aut alià simili 2. dæ Classis Dominicâ, id transfertur juxta Rubric: de Translat: Festor: in primam diem similiter non impeditam, nisi sit Festum Patroni, aut Titularis Ecclesiæ, aut ejus Dedicatiois; tunc enim fit de Festo, cum Commemoratione Dominicæ in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, in qua à Dominica Septuagesimæ etiam in Festis post Graduale, Omisô Alleluja

Versus & versu sequenti, dicitur *Tractus*, ut suis locis notatur. Si verò hoc, aut aliud Festum duplex cadat in aliquam Dominicam non privilegiatam (v. g. 3. 4. 5. aut 6. post Epiphaniam) fit de eo cum Commem : Dominicæ occurrentis in utrisque Vesperis, Laudibus, ac Missa, nec non cum Lectione nona de Homilia ejusdem Dominicæ, ac hujus Evangelio in fine Missæ.

Festum semidupl: in Dominica occurrens transfertur in diem proximè non impeditam ; cujusmodi dies non impedita, etiam respectu *Semiduplicis*, est quoque dies infra Octavam, modò Octava illa non sit privilegiata contra tale Festum, & Festum hujusmodi semidupl: non fit ad plures, quàm ad unum diem, translatum : unde si infra Octavam occurrat, & ea dies, quâ occurrat, impedita sit [ob occurrentem v. g. Dominicam, aut Festum duplex] sequenti die celebrari debet infra Octavam non privilegiatam ; si autè proximè sequens dies sit impedita aliò Festò 9. Lectionum, transferri debet post Octavam : de quo plura suis locis.

Quid autem sit agendum, si Dominica concurrat cum Festo sequente, aut vicissim Festum aliquod cum Dominica subsequente, dictum est P. I. *De Dominicis*.

21. S. AGNETIS V. & M. dupl. m. II. COL. Ruz. In Officio dicuntur

omnia, uti notantur in proprio loco : observat autem hic Gav: ob hujus Virgunculæ masculam similitudinem Psalmos tam in Matinam quàm 2. Vesperis dici de Commem SS. Virorum, & eosdem etiam recitandos in 1. ejus Vesperis in propria Ecclesia, uti in Festo S. Agthæ. Antiphonæ ad *Magnificat* in utrisque Vesperis, item ad Psalmos Nocturnorum, ac Laudum, nec non ad *Benedictus* pariter sunt proprie Lectiones, Responsoria, & Capitula Horarum &c dicuntur, uti notatur in loco. In textu 4. Lectionum non est mendum [uti Aliqui putarunt] in verbis illis : *Natalis Agnes*; quia in casu Genitivo legitur & *Agnes*, & *Agneta*, uti videtur est apud Gav. f. 7. c. 3. 21. Jan. *Missa* propr: cum *Gloria*, sine *Credo*, nisi veniat in Dominica non privilegiata, aut nisi sit Patrona, seu titularis Ecclesiæ, aut habeatur de insignis Reliquia. Ad 2. Vesperas Antiph. *Ingressa Agnes &c.* cum aliquis ex Laudibus. Ps. *Dixit Dominus* cum cæter. de Dominica, excepto ultimò, qui est : *Lauda Jerusalem* Capit. & Hym. ut in 1. Vesp. *Diffusa est gratia &c.* Ad *Magnificat* Antiph. propria. Commemorat. Festi sequentis.

Quid Observandum, si hoc aut aliud Festum 9. Lectionum concurrat in Dominica privilegiata, aut non privilegiata, aut cum ejusmodi

modi Dominicis concurrat in suis
2. die Vesperis, aut ipsæ cum eo con-
currant in 1. Vesp. illius, dictum est
partim die præcedenti, partim su-
pra P. I. de Dominicis. Ubi fit Octa-
va S. Agnetis, ibi die Octavâ dicun-
tur omnia, ut in die Festo, exceptis
Oratione, Antiph: ad *Magnificat* in
1. Vesperis, Lectionibus 1. Noctur-
ni [quæ sunt de Script. occur] &
Lectio 4. ta, quæ est de S. Agne-
te fecundò, nec non 5. tâ & 6. tâ quæ
sunt vel de Communi Virginum,
vel uti notantur in OCTAVARIO RO-
MANO à Barthol. Gav. ad usum om-
nium Ecclesiarò collecto, & à Sac.
Rit. Congr. approbato, complecten-
te quoque Lectiones infra Octavas
quorumcunque Festorum in II. &
III. Nocturno recitandas.

22. SS. VINCENTII & ANASTASII
Mart. semidupl. Col. Rubr. In Officio
omnia de Comu. plur. MM. except.
Orat. & Lectionibus 2. di Nocturni;
Lectioes autem 1. mi Nocturni sunt
de Script. occur. 3. tij Noct. Cum audie-
ritis pralia. Si hoc Festum veniat in
Feria II. post Dominicam III. post
Epiph. tunc, quia *Initium Epistolæ ad
Galatas* in præcedente Dominica ob-
currrens Festum S. Agnetis (in 1.
Nocturno proprias habens Lectio-
nes) poni non potuit, Initium illius
Epistolæ hodie ponitur : id quod
etiam circa initia aliorum Libror. S.
Scripturæ juxta Rub. Gen. XXVI.
est observandum, ut P. I. de Domi-

nicis est dictum. Missa Intret in Con-
spectu [1. ma de Comu. plur. Mart.]
cum Glòria sine Credo : Oratio 1. ma
propria. 2. *DEUS, qui salutis.* 3. *Eccles.*
vel pro Pap. uti notantur Dominicâ
2. dâ post Epiphaniâ. Si venerit post
Septuages. post Grad. omisso *Alleluja,*
& Versu sequenti, dicitur Tractus.
Præfat. Communis. Ubi cras fit de
S. Raymundo à Pennafort Conf. Ve-
speræ hodiernæ dicuntur à Capit. de
illo [mutarò 3. Versu in Hymno :
Iste Confessor.] cum Commemorat.
SS. Vincent. & Anastas. MM. ac S.
Emerentianæ V. & M. Col. Alb. Ubi
verò cras fit de Festo DESPONSATIO-
NIS B. M. V. Vesperæ integræ hodie
dicuntur de illo sub Ritu duplici,
prout notantur in fine quorundam
BREVARIORUM recentiorum, cum
Commem. præcedentis, & S. Eme-
rentianæ V. ac M. In fine quoque
Hymni Completorii dic. *JESU tibi
fit Gloria, qui natus es &c. Col. Alb.*
*Vbinam autem, & sub quo Ritu ce-
lebrandum sit hoc Festum, Henricus
Pisart. Paragr. 1. Proprij Sanctior. n. 14.*
his verbis edisserit : Festum Despon-
" sationis B. M. V. sicuti in omnibus
" Regnis & Provincijs Hispaniarum
" Regi subjectis dici potest ex Indul-
" to Pontificis, ità nunc quoque ex-
" tensum est ad totum Romanum
" Imperium, quod primitus tantum
" concessum fuit Provincijs hæredi-
" tari: & Patrimonialibus Aug. Rom.
" Imperatoris sub Ritu duplici mino-
" ris

ris, sic tamen, ut in Concurſu cum
 alio duplici minore Præferentiam
 habeat; At, quod bene notandum,
 non ideo est duplex majus [in qua-
 dam DIRECTORIA adstrunt] adeo-
 que, si cum Patrono minùs Prin-
 cipali alicubi concurreret, non nisi
 Commemorationem in Vesperis
 habere deberet. Idem dic de qui-
 busdam alijs Festis, & Octavis Fe-
 storum B. M. quas Sac. Congr. vo-
 luit habere Vesperas integras in
 Concurſu cum alio duplici minore
 die 11. Aug. 1691. Rem hanc Con-
 firmant Neobreviaria Romæ im-
 pressa. Videantur Rubricæ de
 Concurrentia Officij n. 2. circa fi-
 nem. *Hec Pisart.*

23. S. RAYMUNDI de PENNAFORT,
 Confess. *Semid.* OFFIC: de Commun.
 non Pontif. In Hymno: *Iste Con-
 fessor, &c* mutatur 3. Vers. etiam
 quando non transfertur. Lectiones 1.
 Noct. de Script. occur. 2. di propr.
 3. tij Noct. *Sint lumbi &c.* 9. na Lect.
 & Commem. de S. Emerentiana V.
 & M. in Laud. ac Missâ: *Os Justi,*
 1. mâ de Commun. Conf. in qua *Glor.*
sine Credo. Orat. 3. *Deus, qui salutis*
&c. Col. Alb. In 2. Vesperis à Capit.
 de S. Timotheo Episc. & Marr. cum
 Commemorat. de S. Raymundo.
 Col. Rub. Si in hoc aut aliò Festo ex
 sequentibus ponendum sit Initium
 alicujus Epistolæ Paulinæ locò Scri-
 pturæ occurrentis, procedendum est,
 ut supra 22. Jan.

In Provincijs hæreditarijs,
 Patrimonialibus Augustissimo Ro-
 manorum Imperatori subjectis, et
 non in omnibus Regnis ac Provi-
 cijs Regis Hispaniarum celebra-
 hodie Festum Desponsationis B.
 Mariæ cum S. Josepho sub Ritum
 minore. *Offic. & Miss.* dicuntur
 in Festo Conceptionis B. M. V. [in
 raro Nomine *Conceptionis* in Nona
Desponsationis] exceptis Lectionibus
 Nocturnorum, quæ sunt proprie
 9. na Lectione de S. Emerentiana,
 fuerit Dominica, tunc enim est
 Dominica, in qua celebratur
 troque autem in Casu convenienti
 Lectio nona Officij jungitur Octava
 [faciendo ex duabus unam, ubi
 vem habentur] ut supra allegari
 Pisartum monet. Rationem autem
 Convenientiæ dat Gav. Tom. 2. l. 1.
 c. 12. n. 18. observans, quòd, licet
 singulariter non sit necessarium, sed
 verum, ut, quando in Officio 9. na
 Lectionum faciendâ est Commemora-
 tio de aliquo Sancto trium Lectionum
 aut de Feria, aut de Dominica
 bente propriam Lectionem, aut
 proprium Evangelium, ut, inquam,
 tunc de primæ Homiliæ Lectionibus
 Octavâ & nonâ fiat Lectio una, Octa-
 vâ locò legenda; in quibusdam
 men Casibus [quales ibi recentibus
 Lectionem nonam omnino adsum-
 debere Lectioni Octavæ, adeo-
 ex duabus fieri unam, ut alibi dictum
 De eadem S. Emerentiana fit in sup-
 Com-

Commemoratio in *Laudibus* ac *Missa* in qua *Glor.* & *Credo*, Evangelium autem 1. sumendum est vel ex Vigilia Nativitatis Domini die 24. Decemb. vel ex Festo S. Josephi 19. Martij. Præfat. de B. V. & *Te in Desponsatione*. Si celebretur Desponsatio B. V. primum post Septuagesimam, tunc post Graduale, Omis-
sis *Alleluja* & Versu sequenti, dic. Tractus, sumendus ex *Missa* *Votiva* S. M. post Purificat: nisi existet in loco, ubi extat in *Missalibus* impressis Antwerp. & Campid. ab anno 1689. in quibus ad finem impressa extat tota *Missa*. In 2. Vesp. fit Comemoratio *Sequentis*. *Col. Alb.* Quod si de hoc, aut alio Festo B. V. M. cantentur *Vesperæ solennes*, tunc Officiator ad Intonationem Hymni *Ave maris stella* jungit, extendit, & elevat manus, ac caput inclinat versus Altare, ut ex lib. 2. Cæremonialis Episcoporum. c. 1. monet Bauldry in Man. Sacr. Cæremoniar. P. 2. c. 11. a. 1. n. 25. & 26. Hymnò autem intonatò mox se se supra proximum Altaris gradum in genua demittit, ibique genuflexus manet usque dum prima illius Hymni Strophæ fuerit absoluta, uti idem Bauldry, & cum eo P. Tob. Lohner *Instr. Pract.* 2. P. 3. Tit. 3. §. 1. n. 4. advertunt. Ad Hymni prædicti Intonationem ad eundem Altaris gradum unà cum Officiatore etiam genuflectunt ambo ejus Assistentes, u-

nus quidem à dextris, alter verò à sinistris, usque ad primæ illius Strophæ absolutionem; Ceroferarij verò stantes remanent, prout erant: absolutà primâ Hymni illius Strophâ Officiator, factâ Altari Reverentiâ, ad suam revertitur sedem: id ipsum, exhibitis Officiatori & Altari debitis reverentijs, faciunt etiam ejus Assistentes, & Ministri omnes, uti videre est apud eosdem AA. unà cū ijs, quæ porro sunt observanda in his, & quibuscunque alijs *Vesperis solemnibus*, nominatim illis, in quibus Principium Hymni inchoatur per *Invocationem* DEI, vel CHRISTI: Adde tamen his dictis simul ea, quæ infra die 7. Septembris ex Gerlaco *Vinitore* in medium affero.

Si in diem 23. Jan. incidat *Dominica Privilegiata* (qualis est *Septuagesima*) non dicitur nona Lectio de S. Emerentiana, sed tantum fit de ea Commem. in 1. Vesperis, *Laudibus*, ac *Missa* *Dominicæ*; Festum autem *Desponsationis* B. V. M (ubi est concessum) tunc transfertur in diem proximam officio 9. *Lectio*nū non impeditam, nisi ubi est *Titulus Ecclesiæ*, adeoque 1.æ *Classis*. Si verò incidat in *Dominicam* aliquā post *Epiph.* ante *Septuagesimam*, tunc dicitur in suprâ dictis *Provincijs* de Festo *Desponsationis* *Officiū* & *Missa* ut suprâ, cum *Commem.* utrobique de *Dominica*, & post hanc etiam de S. Emerentiana; nona au-

tem Lectio in Officio, & ultimum Evangelium in Missa dicuntur tunc de Dominica *Col. Alb.* Infra Octavam autem dicuntur tunc Lectiones II. Nocturni uti infra Octavas Feslor. B. V. in OCTAVARIO ROMANO à fol. 50. In III. verò Noct. uti in Festo, nisi propriae & approbatæ habeantur. *Rub. gen. VII. n. 4.*

24. S. TIMOTHÆI EPISC. & MART. Semid. OFEIC. de Commun. un: Mart. Lect: 1. Noct: de Script: occur. 2. di & 3. tij, uti notantur in loco. Oratio *Infirmiorem*. MISSA, uti notatur, cum *Glor. sine Cred.* Orat. 2. *DEUS, qui salutis*, 3. *Ecclesi:* vel pro Pap: & post Septuages. dicitur (Omissio *Alleluja*, & versu sequenti) post graduale Tractus, uti & in alijs Missis Festivis, in illa aut post illam occurrentibus. *Col. Rub. Vespere* de Convers: S. Pauli sub Ritu dupl. mai. cum Commem. S. Petri Apost. ut ibi, & S. Timoth. Episc. ac Mart. *Col. Alb.*

25. CONVERSIO S. PAULI APOST. dupl. mai. *Offic.* ut in Communi Apostolor: ac propr: loco cum Commem: S. Petri Apost: in *Laudib:* ac *Missa:* in qua *Glor. & Cred.* Præfat: de Apost: & post Septuages: Tractus. In 2. Vesp. (quæ dicuntur, ut ibi) Commemorat. S. Petri, & S. Polycarpi Episc: ac Mart: itidem ut ibi. Ad Octavam Benedictionem in III. Nocturno non dicitur: *Cujus conversionem &c.*, sed: *Cujus Festum*

colimus &c. prout decretum à S. R. C. 1666. 23. Feb: indè fertur, idem esse observandum Officijs *Translationis, Inventionis, Apparitionis, Ordinationis &c.* similibus. Quòd si Conversio S. Pauli currat Dominicâ III. post Episc: fit de ea Dominica Commemorationem de S. Petro, & de eadem Dominica dic: etiam prælatio in Matur: ac ult: Evangelio *Missæ.* Verùm in hujusmodi Octavæ Lectioni Festi convenit conjungitur ea, quæ alioquin non, ob rationem alibi expressè legendam. Idem est, si transferatur hoc Festum in diem, quòd nona Lectio dicenda est de Festo simplic: eodem illo die occurrente. *Col. Alb.*

Si autem veniat hoc Festum in Dominica privilegiata Septuagesimæ, aliâ simili, fit de ejusmodi Dominica translato Festo Conversionis, nisi sit *Titulare Ecclesiæ*: nam *Parochialis* vel *Titulari Ecclesiæ* (uti & in *Dedicatione*) etiam in Dominica 2. dæ Classis occurrente, fit de Festo cum Commemoratione tantum in illis Dominicæ in utrisque Vesp. *Laudibus, & Missa,* ejusque prælatione in Officio, & Evangelio in Missæ. Porro ubi Conversio S. PAULI est *Titulus Templi*, ibi celebratur cum *Octava;* Lectiones tunc infra

infra Octavam ijs diebus, quibus fit de Octava (nempe 28. Jan: & 1. Feb.) dicuntur, uti notantur in OCTAVARIO Romano ad dictos dies à fol. 127. & 133.

26. S. POLYCARPI Episc. & Mart. Semid. Offic. de Commun: un: Mart. Oratio: *DEUS, qui nos Beati.* Lect: 1. Noct: de Script: occur: & si quidem heri ob Occursum Conversionis S. Pauli Dominicâ 3. post Epiph: poni non potuerit Initium Epist: ad Galat: id hodie ponitur ex Dominica Hest. Lectiones verò II. & III. Noct: dicuntur, uti notantur in loco. MISSA, uti notatur, cum *Glor. sine Cred. Orat. 2. DEUS, qui Salutis. 3. Ecclesi: vel pro Pap. Col. Rubr.*

Quòd si Festum Conversionis S. Pauli occurrat in Feria 4. post Dominicam 3. post Epiphaniam, tunc hodie Lectiones I. Noct: sumuntur ex Feria 4. ta Hebd. 3. æ post Epiph: utpote in qua ponitur Init: Epist: ad Ephesios. *Missâ*, uti notatur, in qua *Glor. sine Cred: & reliqua*, uti 24. hujus. *Col. Rub. Vesp: de seq: sub Rit: dupl: min: Commem: præced.* In Hymno: *Iste Confessor* mutatur 3. tius versus, & in utrisque Vesperis ad *Magnificat* est Antiphona: *O Doctor optime &c.* Occasione autem hujus Antiph: hinc observo, quòd omnibus ac solis illis Sanctis Titulum *ECCLÉSIE DOCTORIS* per antonomasiam *ECCLÉSIA*, & cum ea *DIRECTORIUM*

ROMANUM tribuat, in quorum *Vesperis* ex Dispositione ejusdem Ecclesiæ dicitur prædicta Antiphona: *O Doctor &c.* & Symbolum sive *Credo* in eorum *Missâ*, uti constat ex *BREVARIARIO*, & *MISSALI ROMANO*, quorù illud post *COMMUNE Confessorù Pontif: Tit: PRO DOCTORIBUS* omnes & solos illos *Doctores* appellat, pro quorum Festis Antiphonam: *O Doctor optime &c.* in utrisque eorum *Vesperis* assignat; hoc verò *Rubr: Gener. XI. de Symb: Ecclesiæ Doctoribus* non minus *SS. Athanasium, Basilium, Gregorium Nanzianzenum, & Joannem Chrysostomum, quàm SS. Thomam de Aquino, & Bonaventuram*, expressis singulorum Nominibus, annumerat; unde *Directoria Romana*, quotquot ab ineunte hoc seculo in meas manus devenerunt, Titulum *Ecclesiæ Doctoris* non modò Festis *Latinorum*, sed etiam Festis prædictorum quatuor *Græcorum Ecclesiæ* Doctorum signatè hactenus præfixerunt, ad denotandum, ut opinor, in eorum *Officio* dicendam esse ad *Magnificat* Antiphonam: *ô Doctor optime &c.* & in *Missâ* Symbolum seu *Credo*. Quorum proin *Directoriorum Romanor: exemplum & mihi* in hoc *EPHEMEROLOGIO* sequendum existimavi. *Col. Alb.*

27. S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Episc: *Confess: & Ecclesi: Doct.* Dupl. minus. In *Officio* Lect. I. Noct. de *Script: occ. II. & III. prop: uti & Oratio*

ratio. Respons: 8. In Medio Ecclesie de Doctoribus. Reliqua de Comuni Confess: Pont. Missa, uti notatur, cum *Glor.* & *Cred.* Orat: unica. Præf. Coñ. post Septuagesimã omilsõ post Graduale *Alleluja*, & versu sequenti dicitur Tractus. In 2. Vesp: Antiphona ad *Magnificat* uti in 1. Vesp: cum Commem: S. Agnetis secundò, uti hãc die notatur in loco. *Col. Alb.*

Quædam *Breviaria* & *Missalia* recentiora ponunt die sequente inter *Festa ad Libitum* Festum S. Juliani Episc: & Conf: 28. hujus sub *Ritu semiduplici ad Libitum* celebrandum; sed certum mihi est, id hactenus nec esse Festum *de precepto*, nec etiam *ad libitum* in universali Ecclesia, uti palam est ex recentissimo DIRECTORIO ROMANO, cui præfigi quotannis Indiculus solet omnium recentiorum *Festorum*, quæ in universali Ecclesia Ritum duplicem vel semiduplicem *de precepto*, vel *ad Libitum* habent, inter quæ S. Julianus non reperitur. Quòd si alicubi ex Indulto authentico Sedis Apostolicæ (de quo mihi non constat) Ritum semiduplicem *ad Libitum* in dictis *Breviarijs* eidem attributum habet; tunc in hodiernis *Vesperis* potest de eo (si cras non occurrat Dominica) fieri prima *Commemoratio*, sumendo *Antiph:* & versum ex 1. Vesp: de *Commun: Confessor: Pontif:* *Orationem* verò propriam ex SUPPLEMENTO *Breviarij*, con-

tinente Festa certis tantum *Regni* & *Provincijs* concessa. 2. *Commemoratio* tunc erit de S. Agnete secundò, uti supra.

28. S. AGNETIS secundò, *simple* Ad *Martinum* dicitur *Invitatorum* & *Hymnus* de *Communi Virg:* Mart. cum *Nocturno* *Feriæ* currentis, ut in *Psalterio*: versus autem duo *Responsoria* sumuntur ex aliquo *Nocturnorum Festi* (celebrati hujus) eo ordine, quò sumuntur *sponsoriora* ex *COMMUNI SANCTORUM* in alijs *Festis simplicibus*, ut dicitur in *Rubrica de Responsorijs*, ac de ratum à me fuit supra 19. Jan. fin. *Lectio* 1. & 2. de *Script.* 3. *proprio* Ad *Laudes* & per *Horas* omnia dicuntur ut in ojs *Festo* 21. hujus præter *Orat:* quæ est *propria*, & dicitur in *hæsternis Vesperis*. *Missa*, uti notatur, cum *Glor.* sine *Cr.* Orat. 2. *Deus qui salutis* (nisi vel *ratione* *Mensis*, vel *ratione* *Feriæ* 2. dicendum sic *Fidelium*) 3. *Ecclesie*, vel *proprio* *Pap. Col. Rub. Vespera* sub *Ritu* *dupli* *min:* *mutatoque* 3. versu in *Hymno* *Iste Confessor*, dicuntur de *sequenti* *Col. Alb.* Quia *Offic:* *Festi simplicis* terminatur ad *NONAM*, deinceps nil amplius fit de eo illo die. Si hujus sit 1. a *dies Mensis* non impeditur *Officio* 9. *Lectionum*, tunc hodie dicitur *Nocturnum Defunctorum* *Com* *respondens* *Feriæ* *currenti*, cum *Laudibus* ac *pridianis Vesperis* de *ipsa* dicunturque in *Ecclesijs Collegiatis*

ac Cathedralibus tunc duæ *Missæ* (imò & oportet, sub tamen locò) *Conventuales*, ut supra 19. Jan. In alijs vero *Missis* de die currente penultimò locò *Oratio Fidelium*, ut ibidem. Quòd si hoc, aut aliud *Festum simplex* veniat in Sabbato, in quo juxta Rubricam præfixam Officio B. Mariæ in Sabbato fieri debet *Officiam* & *Missam* de B. M. in Sabbato, sit in ijs de ejusmodi Festo simplici occurrente solummodo *Commemoratio*, sine 3.ia de eo *Lectio*. Quòd si ratione *Mensis* dicendum sit *Officiam Defunctorum* &c, ut supra, atque in ejusmodi *Missâ* de Sabbato dicendum sit *Fidelium*, dici id debet secundò locò, tertiò autem locò illa *Oratio*, quæ alioqui foret secunda, etiam si esset *Commemoratio* faciendâ de Festo simplici, v. g. de S. Agnete: nam *Oratio Fidelium* in *Missis*, quæ non sunt de *Requiem*, semper debet esse penultima (& idem etiam est de alijs *Orationibus* pro Defunctis (sive dein dicantur tres tantum *Orationes*, sive plures (quæ tamen debent esse numero impares) in ejusmodi *Missâ*: at verò in *Missis Defunctorum*, sive de *Requiem*, in quibus dicuntur plures *Orationes*, *Oratio Fidelium* debet semper dici tertiò, seu ultimò locò; nunquam autem in *Missis Defunctorum* fieri aliqua *Commemoratio* pro Vivis, etiam per *Orationem* seu *Collectam* alioqui *Communem* Vivis & Defunctis; potest tamen

[F 3]

Conf.

Conf. (de quo die 27. Jan: in fine)
 alicubi habeat ex Indulto Sed. Apo-
 stol. authentico, & non merè apo-
 crypho Ritum semiduplicem ad li-
 bitum, tunc ibi, nisi Veniat in Do-
 minica, potest hodie dici de eo *Offi-
 cium & Missa* sub Ritu semiduplici,
 prout in Supplemento illorum Bre-
 viariorum, & Missalium, de quibus
 supra die 27. hujus, in fine notan-
 tur ambo die 28. Jan: cum 9. Lectio-
 ne de S. Agnete secundò, ejusdem-
 que Comemoratione in Laud. & Miss.
 Vesperæ verò secundæ ibi dicentur
 de sequenti Festo, cum Commemo-
 ratione præcedentis. *Col. Alb.* De
 cætero eadem etiam ibi erunt ob-
 servanda, quæ universim circa *Festa
 ad Libitum*, de quibus infra in pro-
 prio loco, nec non ea, quæ supra
 circa Festum S. Canuti 19. Jan: in
 certis occurrentijs &c. Simili modò
 ordinanda sunt *Officium & Missa* ibi,
 ubi hodiernâ, aut aliâ die celebratur
 Festum S. ILDEFONSI Episc. & Con-
 fessoris, quod in calce recentiorum
 Breviarior: Venerijs impressorum,
 unâ cum Officio ad Libit: S. JULIANI,
 tanquam concessum Subditis Catho-
 lico Hispaniarum Regi sub Ritu se-
 midupl: ponitur, cum propria Ora-
 tione, ac proprijs Lectionibus in 2.
 Nocturno, in 3.tio autem cum Le-
 ctionibus de Homil: in Evangel:
Vos estis sal &c, de Comuni Doctor.

29. S. FRANCISCI SALESII Episc.

& Conf: dupl. min. *Col. Alb.* In

Hymno Marur: & Vesperar: muta-
 tur 3. Vers. Lection. I. Noct. de Scrip-
 occur. II. propr: uti & Oratio. Re-
 liqua de Comuni Conf. Pont. Quæ
 si ob Festum translaturum habens pro-
 prias Lectiones in I. Nocturno, In-
 titium alicujus Epistolæ S. Pauli, po-
 nendum alioquin in certa Feria in-
 fra Hebdomadam 3. 4. aut 5. post
 Epiphaniam occurrente, die suo po-
 ni non potuit, ponitur Initium illius
 die proximè sequenti, quò Lectio-
 nibus de Scriptura occurrente die
 dis iterum est locus: quòd si nullus
 superfit illa Hebdomade dies, quæ
 ejusmodi Epistolæ Initium (v. g. 2.
 2.dæ ad Thessalonicenses) ponere
 possit, in casu v. g. quo Festum S.
 Agathæ cadit in Sabbatum post Do-
 minicam 4. post Epiphaniam, tunc
 ponitur anticipatò die aliqua immo-
 diatè præcedente illius Hebdoma-
 dæ, v. g. in dicto casu Feria 6. tã
 videre est apud Henric: Gross: Ob-
 perpet. Tab. 34. id quod nominatim
 observandum præscribit Rubric: Gen:
 XXVI. n. 7. uti sub locò declaratur
MISSA Statuit, de Com: Conf. Pont.
 Oratio propr: eâque unica. Reliqua
 uti 20. hujus. In 2. Vesperis fit Com-
 memoratio S. Martinæ Virg. & Mart:
Col. Alb.

30. S. MARTINE V. & M. Semid-
 Quia hoc Festum occurrit inter duo
 duplicia, sic, ut de facto nominatim
 Commemorationem habeat in Ves-
 peris in Ecclesia universali, quando
 non

non transfertur, ideo Hymnus pro-
pr: Vesperarum *Martina celebri &c*
jungendus est (exceptâ ultimâ Stro-
phâ) Hymno Matutini, huic eum
itâ præponendo, ut ex duobus fiat
unus, & sub eadem cum hoc Clau-
sula eum terminando, quando Is (ut
regulariter Contingit) in pridianis
Vesperis dici non potuit: itâ enim
statuit S. R. C. 1692. 26. Jan. Lectio-
nes I. Noct: de Script: occurrente,
observando tamen ea, quæ dicta sunt
die 29. hujus. Lect. II. Noct. uti &
Hymnus Laudum propr: Reliqua de
Commun: Virg. & Mart. Missa. Lo-
quubar &c, i. de Com. V. & M. cum
Gl. sine Cr. oratio 2. *DEUS, qui salu-*

ris 3. Eccl. vel pro Pap. Col. Rub:
Vesp. de seq. cum Mutar: 3. Versus
in Hymno: *Iste Confessor, & Com:*
præced. Col. Alb.

31. S. PETRI de NOLASCO Conf.
Dupl. min. In Hymno Matutini mu-
tatur 3. Vers. Lect: I. Noct. de Script:
occurr: (observando tamen simul 29.
Jan: annotata) II. Propr III. *Noli-
re timere pusillus Grex.* Orat: propr.
Reliqua de Commun. Confess. non
Pontif. Missa: *Justus ut Palma* (2.
de Comm. Conf. non Pont.) cum
Gl. sine Cred. Orat: unica, eaque
propr. Col. Alb. In 2. Vesperis fit
Commem: de seq. Col. Alb.

TITULUS II.

Singularia Festorum Mensis Februarij,

*Qui Anno communi habet dies XXVIII. Anno
verò Bissextili XXIX.*

1. **S** Anct. IGNATIJ Episc. & Mart. tunc enim 2. Oratio est *ACunctis*, 3.
Semid. Lect: I. Noct: de ad Libitum. Si venerit post Seprua-
Script: occur. II. & III. gesimam, post Graduale Omisso *Al-*
Propr. Reliqua de Comm. Un: Mart. *leluja*, & versu sequente dic: Tra-
Pont. Orat: *Infirmis nostram &c*, ctus. Col. Rub. Vesperæ (nisi Fe-
ut in eodem Communi i. locò. Mis- stum Purific: ob occurrentem cras
sa propr: cum *Glor. sine Cr.* Oratio *Dominicam privilegiatâ* debeat trans-
2. *DEUS, qui salutaris.* 3. Eccl. vel pro ferri, dicuntur de Crastino Festo sub
Pap: nisi transferatur post Purificat: Ritu dupl: 2. Class: recitando omnia
ucl